Psalterium

ex hebreo diligentissi
me ad verbū fere tra
latū: fratre Felice
ordinis Heremi
tarū sancti Au-
gustini inter-
prete p sum
mū pontificem Leonē
decimū approbatum.

Optimo ac ſanctiſſimo D.D.ſuo Leoni .x. Pōtifici maxio. F.
Felix pratenſis Eremitanæ familiæ minimus felicitatē ꝑpetuā.

VEtus eſt prouerbiū. B. pater hoīem homī deū
eſſe, & non nobis tm̄ natos, ſed partem & eam
quidem maximā amicos ſibi uendicare par
tem & patriā. quod ſi una quaq; in re amicis
nequaq̄ deeſſe ꝓuerbio monemur, quid agē
dum eſſe iudicabimus ubi non amici aut no
bis æquales, ſed maioris longe dignitatis uiri quorū uix ſerui di
gni habeamur operam noſtram exigūt? nec in re tenui ſed pre
cioſiſſima & omniū maxime celebri, & demū ad id præſtandū
nō prouerbio ſolū inuitemur, ſed p̄ſtātiſſimo oīm intelligibiliū
deo impellamur, parendū oīno unuſq; ſq; puto rn̄debit. Hęc ego
mecū reputās; cum quartū ab hinc menſem Romæ agerem &
Reuerendiſſimus atq; idē nobiliſſimus ſanctæ Crucis & Corne
liorū familiæ fulgentiſſimū lumen Cardinales pſalmorū trala/
tionē ex hebræo in latinū idioma a me peterēt, recuſare nequaq̄
ualui. Inde audaciæ bonæ plenus recto itinere ad te ꝓficiſcēs to
tius ſacræ paginæ transferēdæ ius a te petii. Verū tu rei nouita/
te ꝑculſus ut par erat, magnæ rei autoritatē facili aſſenſu eleua/
re noluiſti, ſed magis & magis penſitandā & exactiori iudicio ex
aminandā operæ preciū duxiſti. cū uero audiuiſſes me prius tra
lationi pſalmorū operam daturū ut ex eo minoris iacturæ iudi
cio quātū in reliquis ſperandū eſſet facile iudicarē, ꝓpoſito lau
dato me dimiſiſti, ſed cū forte aliis de rebus ut de hac etiā Petrū
Bembū tuū alloquerer, uirū ſi ingenii acumen & morū dexteri
tatem cōſideres, nunq̄ profecto ſatis laudatū, cōſiliū meū & lau
dauit, & ſi quid excuderē, ſub tuo noīe ut id oīno ederē, cohorta/
tus eſt. neminē. n. eſſe q̄ te magis cœptis meis fauere poſſet, aſſe
uerabat. Eius igit̄ uiri ſn̄ia ꝑmotus, & deinde ex ip̄a re cōſiliū na
ctus ſum, nam cū anio cogitarē prophetā nullū chriſtianæ reli/
gionis diuina myſteria dilucidius aut diffuſius ꝑtractaſſe ꝓphe
ta nr̄o quē trāſferendū ſumpſimꝰ & te chr̄ianæ reipu. honeſtiſſi/
mū caput uenerare mur, nemini p̄ter te librū hūc deberi ꝑſpexi.
huc accedebat ꝙ auguſtiſſimū tuæ patriæ ſolū naſcentē me ex
ceperat, & diui ſtephani pratenſis templū quod ea tēpeſtate tua
gaudebat protectione, renaſcentē id eſt a Iudaica prauitate ad
ſacroſanctā fidē chriſti accedentē & baptiſmatis laticibus fœcun
diſſimis initiandū me ſuſceperat. Vides B. P. quot & quātis rōni
bus librū hunc ſub tuo emittere noīe coactus ſum, quæ oīa & ſi

defuissent,nõ deerãt tũ præclaræ tuæ uirtutes q̃bus ad idẽ mune
ris adduci imo inflãmari poterã.nam ut clementiã pietatẽ erga
deũ opti.& reip.christianæ gubernandæ prudentiã missa facia-
mus,nõne ꝓpter moꝝ tuoꝝ integritatẽ & bonarũ artiũ incredi
bile desyderiũ oẽs uno ore te ꝑdicãt,uenerant̃ & q̃ licet adorãt̃
Exeat igr̃ liber iste auspiciis tuis felix & clypeo põtificię maiesta
tis tui⁹ exultet. Vale & hũillimi.B.tuę fuuli frĩs Felicis mẽor sis.

Idem frater Felix lectori. S.

Q Vam necessario candidissime lector munus hoc psalmos transferẽdi mihi assumpserim uel sola ep̃la demõstrare poterat. Veꝝ ut mu sis quoq; (quod aiũt) ipsis satisfieret, libuit paucula isthæc subnectere, nõ.n.gloriæ cupi ditate aliqua maiore laborẽ hũc subiuimus; neq; ut alieni obtrectatione nõis aliquod nobis acq̃reremus de cus,ex alienis incõmodis nostra cõparantes cõmoda, quod pes simũ hoĩm genus existimari nõ ignoramus, nõ ea inq̃ de cau- sa hãc nobis assumpsimus ꝓuinciã,sed poti⁹ ut honestissimis eo rũ ꝑcibus,quibus & debebam⁹ & gratã rem facere optimũ arbi trabamur,morẽ gererem⁹. Oĩbus equidẽ qui antehac hebraici idiomatis transferẽdi curã aggressi sunt,inferior sum,& esse ne- quaq̃ diffiteor. Imprimis ẽt diuo Hieronymo uiro unquaq; do ctissimo palmã cõcedo,quo etiã mortuo ꝑceptore aliq̃n usus sũ. Qđ igr̃ ã me uerecũde & ingenuo cõpositũ est anĩo, id tũ mali gna uolũtate exponas aut legas nolim. Illđ ꝑterea latere te mi nime uelim rei difficillimæ manus admoliri qcũq; psalmos da uiticos trãsferẽdos aggredit̃,nã ꝓpheta atq; idẽ mer⁹ & ꝓstãtissi- mus poeta diuio afflat⁹ numĩe sensus & locutiõis figuras lõge a cõi dicẽdi usu remotas sæpissime ꝓfert.Idcirco min⁹ mirũ tibi uideri debet,si de eadẽ re loq̃ns modo singulari mõ plurali utat̃ nũero,& in eodẽ uersiculo mõ ꝑsens mõ ptiũ nũc futurũ usurpet tp̃s.Nec parũ molestiæ mihi attulit idiomatis utriusq; oĩmoda diuersitas,nã plærũq; qđ sola hebraica dictiõe elegãtissime ex- primit̃,id nec decẽ fere latinis tu cõmode dixeris,barbaras certe quãtũ potui,effugi uoces,sed dũ magis uatis planitiẽ & ueritatẽ q̃ uerborũ cultũ sequor,in uocabula nõnunq̃ incidi, q̃ parũ lati ne dicta uideri possint,ea tu,si q̃ aĩm tuũ offendẽt, boni cõsulas uelim,& ut uere eruditorũ hoĩm cõsuetudo est,ea poti⁹ emẽdes q̃ liuidorũ & semiliteratorũ more laceres atq; reph̃ẽdas. Vale.

(a) Daniel Bombergus Antuerpiensis

Ad lectorem.

Hoc arcana dei lector studiose libello,
Veraq; ueridici carmina uatis habes.
Chaldæos etiam passim mirabere sensus,
Quæq; probant nostram dicta uetusta fidem.
Non labor hic paruus, bene uerbum reddere uerbo,
Asserere e tenebris omnia maius opus.
Omnia testificor Felicis acumine nostri,
Non plus ter quina facta latina die.

(a) Daniel Bombergus Antuerpiensis Vir omni Literatura insignis proprijs sumptibus Felicis nostri Psalterium excudendum curavit cũ primũ hoc Opus in lucem edidit Petrus Liechtenstein Coloniensis Impressor Venetijs degens anno 1515. ut patet ex diplomate Leonis X. expedito Viterbij die X. 8bris MDXV.=

[1] Laudes aut beatitudines uiri.

[4] Sed.
[5] Desiderium.
[6] Loquetur.

B Eatus [1] uir qui nõ ambulauit [2] in cõsilio impiorum, & in uia peccatorũ non stetit, & in consessu [3] irrisorum non sedit.
2 Quin potius [4] in lege domini uolũtas [5] eius, & in lege eius meditabit [6]. die ac nocte.
3 Et erit tanq̃ lignum [7] plantatum secus riuulos aquarũ, quod fructum suũ dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omne [8] quod faciet prosperabitur.
4 Non sic impii, sed tanq̃ puluis [9] quẽ agitabit [10] uentus.
5 Ideo non resurgent impii in iudicio, neq; peccatores in congregatione iustorum.
6 Quoniã nouit dñs uiam iustorũ, & iter impiorũ pibit.

[2] Abiit.

[3] Et in cathedra, uel habitatione irrisorũ non habitauit.

[7] Arbor plantata iuxta decursus uel fragmẽta aquarũ q̃ &c.

[8] Oẽ q̃d faciet ad pspitatẽ pducet

[9] מוץ moz nõ, pprie puluerem significat sed leuissimum illud purgamẽtũ qḋ dum triticũ uentilat̃ in altum a uẽto eleuatur & circũuoluitur, seu paleam minutissimã.

[10] Propellet uel, ppulsabit.

¶ Verborum quorundam declaratio.

Psalmus primus nullum habet titulum, quin potius iuxta plurimorũ uirorum doctrinam omniũ psalmorũ proemium est, atq; secundũ quosdam non Dauid, sed hezra ipsũ cõposuit. Quod uero animaduertendũ censeo, primã dictionẽ primi uersiculi nusq̃ reperi in sacra scriptura nisi in plurali numero, & nisi habeat post se aliquod nomẽ quod uideatur genitiui casus. Nam pleraq; nomina apud hebręos aliam terminationẽ habent, quum nullum habent nomen post se, quod sit genitiui casus. aliam uero quũ habent aliquod nomen in casu regiminis, ut scietibus hebręum idioma manifestum est. quum aũt huiusmodi nomen quod beatũ traduximus in plurali tm̃ reperiatur numero, & in casu regiminis, non immerito multi hebręorũ exposuerunt dicentes laudes siue beatitudines uiri qui non abiit &c. ut in margine positum est, q̃uis sępissime reperiatur nomen cõiunctum, id est in casu regiminis pro abstracto, id est nullũ regente casum post se. Quod pręcipue obseruatur in hoc nomine qḋ interpretati sumus beati.

אשרי

Psalmus secundus.

1 Q Vare tumultulãt [1] sunt gentes, & populi meditati [2] sunt inane.
2 Astiterunt [3] reges terrę, & principes [4] consiliũ [5] inierũt simul, aduersus dominũ, & aduersus christum eius.
3 Dirumpamus [6] uincula eorum, & proiiciamus a nobis iugum eorum.
4 Habitans in cœlis ridebit, dñs subsannabit [7] eos.
5 Tunc [8] loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo cõturbabit eos.

[2] Meditabunt̃ uel loquentur.
[3] Astabunt.
[6] Dissoluamus, euellamus.

[1] Seditione & tumultu congregatę sunt uel coegerunt.
[4] Secretarii & prĩcipes oĩm secretorum conscii.
[5] Fundati sunt.
[7] Deridebit.
[8] Tunc iterimet uel cõprimet prĩcipes uel idola uel deos eorũ

c

6 Ego autem constitui regem meum, super sion mon/tem sanctitatis meæ.

Ordinaui uel cōstitui dominum.

7 Narrabo [10] statutum dominus dixit ad me, filius meus tu, ego hodie genui te.

[10] Narrabo statutū uel impressionē dñi, dixit.

8 Postula a me & dabo gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos [11] terræ.

[11] Confines terræ.

9 Cōteres eos uirga ferrea, tanq̃ uas figuli cōfringes eos.

10 Et nunc reges intelligite, [12] erudimini [13] iudices terræ.

[12] Estote prudētes.

[13] Castigamini.

11 Seruite domino in timore, & exultate cum tremore.

12 Osculamini [14] filium ne forte irascatur, & ammittatis [15] uiam, cum exarserit uel minimū [16] ira eius, beati omēs confidentes in ipso.

[14] Adorate filiū, uł armamini disciplinā, uel munditia, uł adorate munde.

[15] Et pereatis de uia uel in uia.

[16] Velut modicū, uel certe modicū.

Psalmus secūdus nullū habet titulū, qm̄ in ipso citharœdus noster filii dei natiuitatē æternā, ac temporalē, eiusq; passionem, & uictoriā narrauit suam cupiens patefacere intentionē, ac totius libri psalmorū subiectum, atq; materiam, nō sine maxima auditoris beniuolentia, necnō attentiōe, cū de tam sublimi, tamq; arduo negotio de incarnatiōe, uidelicet filii dei de morte, ac resurrectione, de eiusq; sponsæ triūpho loqui se uelle ostendat. ¶ Id quoq; aduertendū est, qm̄ in primo uersu ubi nos diximus. Tumultuatę sunt forte rectius diceret. Seditione & tumultu cōgregatę sunt. Et reliqua uerba in futuro legi possunt. s. & tribus siue populi, siue regna loquent inane. Silr eundē modū sequi poteris in secūdo uersu. s. astabunt reges terrę & c. ¶ Nec te latere uelim, q; dictio roznim quā nos interp̄tati sumus principes a uerbo raza deriuari q̄d significat secretū, ut in Isaia dicitur secretū meum mihi & c. Ex quo uidetur innuere secretorū cōscios principes. ¶ Circa septimū uersum aduerte, qm̄ aduerbiū hodie in hebręo sermone æternitatē importat, & nullū determinatū tp̄s innuit, ut patet p auctorem libri imre sepher. ¶ Circa ultimū uersum aniaduertendū censeo, qm̄ trāslatio septuaginta interpretū quā diuus Hieronymus emendauit habet Apphendite disciplinam, quā expositiōem secutus est auctor chaldaicę trāslationis forte optans euadere periculū, quorū etiam snīam secutus est rabi salomon forsitan, ut ipse in principio expositionis psalmi inquit, ꝑpter hęreticos, id est propter aduersarios suos dicens armamini disciplina uel mūditia. Beatus uero Hieronymus in suo de hebraica ueritate inquit, adorate munde. ¶ Nos uero, salua oīm aliorū pace, osculamini filium interp̄tati sumus iuxta plurimorū hebræorū auctorū sententiā, & iuxta ueritatē. nā nasecu ꝑprie osculari significat, ut in canticorū canticis apparet, & qm̄ quū alicuius manus osculamur, tunc eos adorare dicimur, id

רוזנים רזה

היום

נשקו

בר

circo adorate significabit ut plerique hebreorũ expositores hic aiũt. quãque uero significat desiderate siue amate uel diligite. raro aũt habet alia significata. Bar uero ꝓprie filium aut frumentũ aut electum aut mundũ. nunq̃ aũt mundiciam, nã mundicia seu disciplina, si illã significat ꝑm eos bor dicit in hebreo. nõ aũt bar, neque mũde significare poterit, q̃m non est aduerbiũ sed nomen, & uerbũ hoc secunde est cõiugatiõis requirẽs accusatiuũ casum ut ipsimet hebreorũ expositores asserũt. Nam cum supius dixerat astitisse reges terre aduersus dñm, & aduersus chr̃m eius, nũc hortat eos discedere a malo, & quo ad primũ q̃d dixit aduersus dñm ait. Seruite dño &c. Quo uero ad id q̃d inquit, & aduersus chr̃m eius protulit osculamini filiũ quem Messiam nũcupauit. Hanc expositionẽ (deũ testor) nõ ex me hausisse, sed a quãplurimis hebreorũ expositoribus accepisse. Hoc tñ de meo uelim accipias, q̃m post uerba ne forte irascat̃ nõ inuenit̃ dñs, atque hmõi irã ad filiũ referre possumus & ad deũ, uerũ melius ad filiũ ut eius appareat diuinitas. Hoc uolui in hoc psalmo secũdo dixisse, ut christi mysteria in hmõi psalmis recondita facilius agnoscas.

בור

¶ Titulus psalmi tertii.

¶ Psalmus dauid quum fugeret a conspectu abssalom filii sui.

Psalmus tertius.

1 Domine q̃d multiplicati [1] sunt tribulantes me, multi [2] insurgentes aduersum me.

2 Multi dicũt animę meę, nõ est salus ipsi in deo, sela. [3]

3 Tu aũt dñe scutũ ꝑ me, glia [4] mea & exaltãs caput meũ.

4 Voce mea ad dñm clamabo, & respondit mihi de monte sanctitatis eius, sela.

5 Ego iacui & dormiui, exurrexi q̃m dñs sustẽtabit me.

6 Non timebo prelia [5] populorum, qui in circuitu positi [6] sunt aduersum me.

7 Exurge domine, saluum me fac deus meus, quoniam percussisti [7] omes inimicos meos in maxilla, dentes impiorum confregisti.

8 Domini est [8] salus, super populũ tuũ bñdictio tua, sela.

[1] Quantum multiplicauerunt.
[2] Principes uel proceres uel mgr̃i.
[3] Semp ul' in eternũ.
[4] Honor.
[5] Cõtẽtiões ul' bella ul' cẽtũ milia pplorũ.
[6] Preliati sunt uel posuerunt prelium.
[7] Vulnerasti oẽs inimicos meos maxilla. i. ĩ maxilla. uel oium inimicorũ meorum maxillam.
[8] Dño uel a domino salus.

Iste psalmus tertius est in ordine psalmorũ uerũ primus est illorũ qui titulũ habent quem in psalmi sequẽtis titulo expositũ iuenies. ¶ Quod uero aĩaduertere te uelim, fecit dus uersus duas habet dictiões apud plerosque auctores ambiguas. f. iesuhatha illã quam traduximus nõ est salus ipsi atque illã quam hebreo sermone depromp simus sela, quarũ primam, quoniã quãdam literam in sui ipsius medio. f. tau superfluam habet, dicunt innuere utrãque salutẽ, animę. f.

ישועתה

סלה

& corporis. Alterā uero dictionē .f. sela diuersi auctores diuersimode exponunt. Nam quidam dicūt significare in ęternū siue semp, quidā uero alii nihil significare inquiūt sed signū quoddam esse anhelantis, ac optantis quadā anxietate, & nimio affectu rei euentū. Nec ptereundū censeo, qm̄ litera lamed sępissime noībus pręponit, quādoq; gentiuum casum, quādoq; datiuū. aliqn̄ uero ablatiuū cū pposīti one a. uel ab. uel in, importat. raro aūt actm̄, quę quidē litera nomini tetragrāmaton primę dictiōi ultimi uersus huius psalmi pponit. Ex q̄ sępe diuersę translationes oriunt.

Titulus psalmi quarti.

Vincenti [1] in canticis [2] psalmus Dauid.

[1] Danti ęternitatē uł effundēti sanguinē.

[2] Choris cū canticis musicis.

Psalmus quartus.

1 Cum clamo responde mihi deus iustitiæ meæ, in tribulatiōe dilatasti mihi, miserere mei & exaudi orationem meam.

2 Filii uiri usquequo gloria [3] mea opprobrio, diligitis uanitatem, inquiretis mendacium? [4] sela.

3 Et scitote qm̄ segregauit [5] dn̄s sanctum [6] sibi, dominus exaudiet dum clamauero ad eum.

4 Contremiscite & nolite peccare, cogitate [7] in corde uestro super cubili uestro & silete, sela.

5 Sacrificate sacrificia iustitiæ, & sperate in domino.

6 Multi dicūt quis ostendet nobis bonum, exalta [8] super nos lumen uultus tui domine.

7 Dedisti lætitiam in corde meo, quum [9] frumentum eorum, & multum eorum multiplicata sunt.

8 In pace simul iacebo & dormiam, quoniam tu domine solus [10] in spe locabis me.

[3] Honor

[4] סלה semper in æternū uel signū anhelātis rei euentū & admirantis.

[5] Mirabilem reddidit mirificauit.

[6] Misericordem gratia plenum.

[7] Dicite.

[8] Leua uel extolle, uel magnifica uexillū luminis.

[9] Ex tpe frumētū eorū & mustū eorū multiplicauerūt.

[10] Singulariter uł spēalr tuto facies me habitare uel sedere.

Huius psalmi quarti titulus duas habet dictiones nō parū ambiguę significationis, quarū primā a nullo auctore hactenus recte expositā inueni, nam hæc dictio menasseach participiū est uerbi nizeach, quod quidem uerbum cum a nomine nessach descendat uel econuerso diuersas habet significationes. Nam hoc nomen nessach testibus auctoribus hebręorū, quādoq; æternitatem, quandoq; uictoriā, quādoq; fortitudinē, quādoq; sanguinem significat, ut in capite lxiii. Isaię prophetę apparet, & aspersus .f. est sanguis eorū super uestimenta mea, ubi ponitur nessach in hebręo sermone, atq; in plerisq; locis Hieremiæ prophetæ dicit rebellis uł proterua sanguinolenta, ubi ponitur participiū uerbi pasiui. Quod quidē absq; causa non esse a me dictum credas uelim, nam cum Dauid spiritu sancto plenus christi gesta

למנצ
נצח

in suis melodiis cecinerit nõ immerito huiusmodi dictio-nem exprimentẽ passionẽ christi, atq; uictoriam & resur-rectionis effectum in prima dictione huius præsentis titu li expressit, postq̃ in primo titulo tertii. s. psalmi persecuti onem iudæorũ quos absalom nomine nuncupauit, signifi cauit. Dauid enim dilectus dicit, ac plerunq; testibus au-ctoribus hebræorũ pro ipso Messia sumit, ut figura fuit ipsius. Absalom uero pater pacis interpretat, quis aũt pa ter pacis nuncupat nisi populus hebræus qui legẽ dei am plectebatur, quæ quidem q̃ pluribus locis pax appellat, & quis persecutor patris sui æterni saluatoris ac redẽpto ris & Messiæ sui fuit, qui eum e captiuitate educere cura-uit, nisi populus iudæorũ? Idcirco Dauid cũ narrare in-ciperet christi passionẽ, necnon persecutionẽ dixit effun denti sanguinẽ, siue cruentanti, aut danti æternitatẽ, aut uincenti, aut superanti, id est in laudem effundentis san-guinẽ siue uincẽtis &c. Secunda uero dictio. s. neghinoth, quandoq; chorũ, qñq; uero canticũ simul cum instrumen to musicę significat, ut innuat nos debere lętari, & choros ducere, laudesq; proferre in honorẽ ipsius redemptoris nostri, qui nos proprio redemit sanguine. ¶ Aduerte in se cundo uersu, q̃m filios uiri iudæos nuncupat, etenim fili-os Abrahæ seipos appellabant, & uir hic sumitur pro ipo Abraham, qui magnæ fuit sanctitatis & constantiæ. ¶ In quarto uero uersiculo considerandum, q̃ ubi nos tradu-ximus Et silete chaldaica expositio habet Et recordamini dierum mortis in æternũ. ¶ In sexto uero uersu aduertẽ dum est q̃ dictio nesa. i. exalta diuersimode exponit, nam aliq dicũt positã esse in hac dictõe samech p sin, & he pro aleph, & significabit exalta, aliqui uero alii nullam literã aiunt esse mutatam, & sic significabit eleuare uel exaltare uexillum. ¶ Aduerte etiam, quoniam dagan q̃ nos in se-ptimo uersu traduximus Frumentum omne genus bladi atq; leguminum significat.

דוד

אבשלום

נגינות

נסה

דגן

¶ Titulus psalmi quinti.

¶ Vincenti [1] ad hæreditates [2] psalmus Dauid.

Psalmus quintus.

Verba mea auribus percipe domine, intellige me-ditationem meam.

2 Ausculta uocem [3] clamoris mei rex meus & deus meus quoniam [4] ad te orabo.

3 Domine mane exaudies uocem meam, mane præpara bo [5] tibi & respiciam.

4 Quoniam non deus uolens impietatem tu, non habi-tabit iuxta te malignus.

[1] Effundenti san-guinem &c.

[2] Conualles uel infir mitates uel uulnera uel congregationes.

[3] Clamorẽ uel locu-tionem.

[4] Quũ ad te orabo.

[5] Ordinabo ad te. s. orationem uel præ-parabor ad te.

6 Iniqui.

5 Non astabunt insipientes [6] coram oculis tuis, odisti omnes operantes iniquitatem.

6 Perdes loquentes mendacium, uirum sanguinũ & fraudis abominabitur dominus.

7 Ego autem in multitudie misericordiæ tuæ ingrediar domũ tuã, adorabo [7] ad teplũ scitatis tuæ in tiore tuo.

7 Genua flectã ad teplũ uel in templo.

8 Domine deduc me in iustitia tua propter tribulantes [8] me, rectam [9] fac coram me uiam meam.

9 Dirige in conspectu meo.

8 Torue aspicientes me uel canentes me.

9 Quoniam non est in ore eius rectitudo [10] intimũ [11] eorum prauitates, sepulchrum patens guttur eorum lingua [12] sua blandiuntur.

10 Stabile uel directum.

11 Interiora uel sepulchrum.

12 Linguam suam lenificant.

10 Destrue illos deus, cadent a cõsiliis suis, in multitudine transgressionũ eorũ expelle eos, qm̃ defecerunt [13] a te.

13 Rebelles facti sunt uel exacerbauerunt te.

11 Et lætabũtur omnes confidentes in te, in æternũ exultabũt & proteges [14] eos, & iocundabuntur in te diligentes nomen tuum.

14 Operimẽtũ pones, uel operies sup eos.

12 Quoniam tu benedices iusto domine, sicut scuto dilectione [15] coronabis eum.

15 Placabili, uel beneuola uoluntate circũdabis.

נחלות

Huius quinti psalmi tituli tertia dictio. s. nachaloth nõ paucas habet expositiones, nam alii dicunt significare instrumentũ quoddã musicum, cum quo Dauid hunc psalmum aiunt cecinisse, alii uero ꝑ infirmitatibus uel uulneribus, alii pro cõgregationibus aut societatibus, alii ꝑ hæreditatibus uł ad hęreditates, alii iuxta torrẽtes uel sup torrẽtes interpretanť. Hæ aũt oẽs significationes huic cõueniũt dictioni, quoniã ualde ęquiuoca est, quo quidem modo dicẽdi Dauid in omnibus pene titulis usus est nõ sine magno ac diuino arcano. Nam ut in pręcedenti psalmo diximus, Dauid omnia christi mysteria paucis uerbis amplecti desiderat. etenim iuxta torrentẽ cedron saluator noster patrem orauit cũq; etiã eũ iudæi uulnerarẽt ac infirmitate ualida a qua nullam ipso uolente accepit redemptionẽ positus esset pro cõgregationibus seu societatibus siue discipulorũ siue aliorũ quorũcunq; tam bonorũ q̃ malorũ patrem deꝑcatus est, pro hæreditate quã ipsi pater tribuit. Ait enim ipse ego pro eis rogo, atq; inferius inquit pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Cætera uero ut in præcedenti psalmo intelliges. ¶ In octauo uersiculo huius psalmi considerandũ est q; ubi nos diximus ꝑpter tribulantes me, uel torue respicientes me iuxta chaldaicam expositionẽ transfertur propter cantica mea seu laudes, siue propter canentes me, id est ꝑpter canentes laudes ipius redemptoris. ¶ Cæterũ animaduertendũ est q;

quandoq; in eodem uersu loquitur in singulari numero, qnq; in plurali, qm qnq; de multitudine ipoꝝ peruersorũ conqueritur, quandoq; de principe eorum, quem modum dicendi pene ubiq; noster seruat propheta.

Titulus psalmi sexti.

[1] In choris.

Vincenti [1] in canticis [2] super octaua psalmus Dauid.

[2] Effundenti sanguinem &c.

Psalmus sextus.

1 Domine ne in furore tuo arguas me, neq; i ira tua corripias me.

[3] Exestuatione.

[4] Imbecillis.

2 Miserere mei domine qm infirmus [4] sum, sana [5] me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

[5] Medere mihi.

3 Et anima mea turbata est ualde, & tu dñe usq; quo?

4 Conuertere [6] domine eripe animam meam, saluũ me fac propter misericordiam tuam.

[6] Reuertere.

5 Quoniam non est in morte memoria tui, in inferno [7] quis celebrabit te.

[7] In fouea.

[8] Afflictus sũ in suspirio meo.

6 Laboraui [8] in gemitu meo natabilem, [9] reddam per singulas noctes lectum meum, lachryma mea stratum meum madefaciam.

[9] Lauabo uel fedabo seu coinquinabo per totam noctem.

7 Caligauit [10] præ amaritudine oculus meus, inueterauit [11] inter omnes tribulantes me.

[10] Corrosus uel obtenebratus ē p̄ dolore.

[11] Cõturbatus est.

8 Declinate a me omnes operãtes iniquitatem, qm exaudiuit dominus uocem fletus mei.

9 Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscipiet.

10 Confundantur [12] & conturbentur ualde omnes inimici mei, conuertantur & erubescant repente [13].

[12] Confundenť & cõturbabunť. oĩa in futuro indicatiuí.

[13] In instanti, subito.

Psalmi sexti titulus habet dictiõem sextam.S. seminith nõ parum ambiguę significationis, nam quidam dicunt esse nomen cuiusdam instrumẽti musici octo chordas possidẽtis, q octochordum dicitur, atq; idcirco octaua nuncupari, quidam uero alii dicunt non esse nomẽ instrumenti, sed octaua pro octauo die uel anno uel seculo accipi, alii uero ut cabalistici, pro octaua sephira quam ipsi Messiæ attribuunt accipi uolunt. tu aũt has significationes iuxta intellectum tuum adaptabis, qm ut diximus non officio expositoris, sed interp̄tis fungi optamus. Aduertendũ in ultimo uersiculo huius psalmi, qm oĩa illa uerba possunt, & in futuro indicatiui per modum narrationis, & in futuro optatiui per modum deprecationis indifferenter transferri, cum apud hebræos optatiuus modus non detur, uerum sæpissime indicatiuũ pro optatiuo accipimus.

שמינית

Titulus psalmi septimi.

[1] Interpretatio uel error uel angor uel sollicitudo.

Exercitatio [1] Dauid quam cecinit domino super uerbis cus stirpis beniamin.

Psalmus septimus.

1 DOmine deus meus in te confisus sum, saluum me fac ab oibus persequentibus me, & eripe me.

2 Ne forte rapiat sicut leo animã meam, lacerans, [2] & nõ sit liberans.

[2] Conterẽs & nõ sit eripiens.

3 Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas in palmis meis.

4 Si reddidi habenti pacem mecum malum, & oppressi [3] tribulantes me sine causa.

[3] Rupi uel extraxi uel spoliaui.

5 Persequatur inimicus animam meam & comprehendat, & conculcet in terra uitam meam, & gloriam meã in puluere faciat habitare, sela.

[4] Propter tribulantes me.

6 Exurge domine in furore tuo, exaltare inter iracundias [4] tribulantiũ me, & exurge [5] ad me, iudiciũ pcepisti.

[5] Excita ad me .i. pro me iudicium quod precepisti.

7 Et congregatio populorum circũdabit te, & propter illam in excelsum [6] reuertere.

[6] In altum.

8 Dominus iudicabit populos, iudica me domine fm iustitiam meam, & fm simplicitatem meam super me.

9 Consumet [7] nunc malum impios, & diriges iustum, qm̃ probans corda & renes deus iustus.

[7] Cõsumet obsecro malũ ipiorũ.

10 Scutum meum super deo, saluante rectos corde.

11 Deus iudex iustus, & deus irascitur per singulos dies.

12 Nisi conuersus fuerit gladium suum acuet, arcum suũ intendit & direxit [8] illum.

[8] Stabiliuit illum.

13 Et in ipso [9] praeparauit uasa mortis, sagittas suas in psecutores fabricatus est.

[9] Et ipsũ .i. ppter ipm̃ .s. impium.

14 Ecce enixus est iniquitatem postq̃ concepit afflictionẽ & peperit falsitatem.

15 Puteum effodit & altissimũ fecit illum, & cecidit in foueam quam fabricatus est.

16 Conuertetur [10] labor eius in caput ipsius, & super uerticem ipsius iniquitas eius descendet.

[10] Reuertatur afflictio.

17 Celebrabo dominum fm iustitiam eius & psallam nomini domini altissimi.

Septimi psalmi tituli primam dictionẽ .s. sigaion diuersi auctores diuersimode exponunt, nam quidam dicũt significare quoddã instrumentũ musicum quod sigaion nun-

שגיון

cupatur. Alii dicunt significare errorem. Alii uero sollicitudinem uel angorem a uerbo saga cum aleph in fine, siue he. Alii aũt interpretationem significare asserunt, q̃m per interpretem iuxta eorũ sententiã hunc David cõposuit psalmũ. Nos aũt hæc omnia christo redemptori nostro adaptabimus. Nam angorem maximũ atq; sollicitudinẽ habuit, & passus est a iudæis ipsis qui cus dicunẽ & filii dextræ, etenim filii dextræ dei fuerant, omnes uero aliæ nationes filii sinistræ. Quid per dextram nisi misericordia, & quid per sinistrã nisi ira dei designat? Verũ ipsi cus erãt .i. æthiopes nigerrimi, atri obcecati mente & corde cũ ipm dñm cruci affixerunt. Quãobrem iudæorũ deliramenta patefient cum dicant cus repræsentare Saul q nusq̃ reperitur, licet ipse Saul omnes christi inimicos repræsentet. ¶ Cæterum in tertio uersu huius psalmi aduertẽdũ est q dictio Istud multipliciter exponit. Nam aliqui dicunt dictiõem Istud sequentia demonstrare uerba .s. Si est iniquitas. Alii uero referri ad canticũ asserunt ac dicũt iuxta auctorem chaldaicæ translationis Si feci istud scilicet canticũ mala intentione. ¶ Considerandũ est etiã q̃m oĩa illa uerba quæ in optatiuo modo transtulimus, possunt. & in futuro indicatiui transferri. ¶ Verbum etiam primũ noni uersus, & in passiuo & in actiuo transferri potest, q̃m multotiens aliqua uerba hebræa primæ cõiugationis accusatiuũ requirunt post se casum, multotiens uero non, uerum sunt ut intrãsitiua apud latinos. ¶ Sciendũ est etiã q̃m uerba .s. Et in ipso .s. arcu transferẽ & ipsi .i. propter impiũ. ¶ Considerandum etiã q quãq; uerba futuri indicatiui pro præsenti eiusdem modi accipiuntur.

שגח

cus

filii dextrae sunt filii dextrae. Reliquae uero nationes filii sinistrae

8

¶ Titulus psalmi octaui.

¶ Vincenti [1] super torcularia [2] psalmus David.

Psalmus octauus.

1 Domine dñs noster, q̃ admirabile [3] est nomẽ tuum in uniuersa terra, quæ dedit [4] confessionem tuam super cœlos.

2 Ex ore infantium & lactentiũ fundasti uirtutem [5] propter inimicos tuos, ut deleres inimicum & ultorem.

3 Quoniam uidebo cœlos tuos opus digitorum tuorũ, lunam & stellas quæ [6] fundasti.

4 Quid est homo q memor [7] es eius, & filius hoĩs quoniam uisitas eum.

5 Et minuisti [8] eum paulo minus a deo, & gloria & decore [9] coronasti eum.

6 Constituisti [10] eum dominatorem in operibus manuũ

[1] Effundenti sanguinem &c.

[2] Instrũm musicum q̃d ex gath ueniebat.

[3] Terribile.

[4] Qui eleuasti laudẽ tuã uel q̃m eleuata est celebratio tua.

[5] Fortitudinẽ.

[6] Quæ direxisti, uel quas stabilisti.

[7] Reminisceris eius, & filius Adam q̃m recoles eum.

[8] Et diminues eum paulo minus ab angelis.

[9] Et honore & decore coronabis.

[10] Cõstitues uel dabis ei ptãtẽ sup oĩa opa.

tuarum, omnia posuisti sub pedibus eius.

7 Oues & boues uniuersa, insuper & quadrupedes campi.

8 Volucres cœli & pisces maris, pertranseuntia [n] semitas maris.

[n] Pertrāsiens uel pertranseuntem.

9 Domine dominus noster, q̄ admirabile [u] est nomē tuum in uniuersa terra.

[u] Terribile.

Huius psalmi octaui tituli tertia dictio aliquantulā habet obscuritatem. Nam quidam huiusmodi dictionē exponūt torcular cui quidem adaptari potest illud prophetæ torcular calcaui solus &c. Alii uero dicunt esse nomen instrumenti cuiusdam artis musicæ quod ex philistinorū ciuitate quæ gath appellabaē iudæi adduxerāt. Nos uero pro populo gentili interp̄tari minime dubitamus. Nam hmōi nomen. s. ghitith nomen est patronymicū descendēs a nomine, gath, ut patet apud scientes literas hebræas, atq; idcirco uelut Dauid christū significat, sic populus philistinorum gentilem significabit, nam cum Dauid ꝓpheta oīm gentiū conuersionē ad christi fidem respiceret spiritu sancto plenus in hæc erupit uerba, dn̄e dominus noster &c.

גתית

גת

¶In primo uersu huius psalmi aduertendū est ꝙ diuersimode exponunē ultima uerba, qm̄ manet ibi quædam dictio non modicū ambigua. s. tena, quam aliqui dicunt esse infinitiui modi, & poni pro participio passiuo p̄teriti temporis. s. eleuata siue posita. aliqui uero alii (ut auctor chaldaicę expositionis) dicūt poni pro secūda ꝑsona singularis numeri p̄teriti tꝑis indicatiui modi. s. eleuasti siue posuisti, & referē ad deum. aliqui uero alii dicūt poni pro futuro, & tunc exponunt congruū est ut ponas cōfessionē tuam &c. ¶Nos aūt ꝑfectiori sensu, iuxta tituli psalmi expositionē, & iuxta grāmatices hebrææ ueritatē dicimus esse hmōi dictionē tertiā personā singularis numeri præteriti tꝑis, & fœminini generis, & quia proiecta fuit prima litera essentialis ipsius uerbi nun, idcirco posuit daghes ī secūda litera essentiali, & tunc referē ad terrā, & tunc sic trāsfertur, quę. s. terra dedit confessionem tuam super cœlos. Quod quidē fuit in conuersione omniū gentiū ad christū.

תנה

¶Aduertendū ꝙ om̄ia illa uerba in quibus locutus est de filio hoīs possunt transferri, & in p̄senti & in futuro & in p̄terito iuxta uniuscuiusq; libitū, hoc enim facillime patiē idioma hebręū in huiuscemodi psalmis. ¶Nō minꝰ aduertendū est, qm̄ ubi nos traduximꝰ paulominus a deo in quarto uersu chaldaica expositio habet ab angelis. ¶Aniadduertendū etiā est ꝙ uerba ultima penultimi uersus huius psalmi a diuersis diuersimode exponunē. Nam aliq dicūt participiū trāseuntia, ꝙ in hebręo poniē hober, referri ad

עובר

animalia & uere dicere posuisti sub pedibus eius passeres cœlorũ & pisces maris & oĩa illa quæ ꝑtranseũt semitas maris. Aliqui uero alii dicunt (ut habet ꝑsertim chaldaica expositio) hmõi uerba referri ad leuiathan, qui quidẽ leuiathan ꝑtrãsit semitas maris, quid aũt sit leuiathan mei officii pro nũc est mĩme. Aliqui uero alii dicũt referri ad ingenium hoĩs & facultatem eius, & dicũt tantã ei tribuisti facultatẽ & ingenium ut pertrãseat semitas maris. Nã hoc participium in singulari numero poniẽ, licet nos ipm in plurali numero traduximus, ut congruentiorem sensum seruaremus, ne uideretur dissona oratio,

¶ Titulus psalmi noni.

¹ Effundenti sanguinem &c.

¶ Vincenti ¹ super ² morte insipientis psalmus dauid.

² Pro iuuẽtute splendida, uel super morte filii.

Psalmus nonus.

¶ 1 Celebrabo dominum in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

2 Lætabor & exultabo in te, psallã nomini tuo altissime.

3 Dum conuertentur ³ inimici mei retrorsum, corruent & peribunt a facie tua.

³ Dum conuertes inimicos meos.

4 Quoniam fecisti iudicium meum & rigorem meum, sedisti in sede iudex ⁴ iusticiæ.

⁴ Iudicãtis iustitiã

5 Increpasti gentes perdidisti impium, nomen eorũ delesti in seculum & semper.

6 Inimice ⁵ defecerunt frameæ in æternum, & ciuitates destruxisti, periit memoria eorum cum ipsis.

⁵ Inimicus ul' inimici.

7 Et dñs in æternũ sedebit, ⁶ direxit in iudicio sedẽ suam.

⁶ Sedebit stabiliẽs, ul' firmans in iudicio.

8 Et ipse iudicabit orbem terræ in iusticia, iudicabit populos in rectitudine.

9 Et erit dominus munimentum inopi, protectio in tẽpore ⁷ in tribulatione.

⁷ In temporibus, uel opportunitatibus.

10 Et sperabunt in te cognoscentes nomen tuum, quoniã non dereliquisti inquirentes te domine.

11 Psallite domino habitatori ⁸ syon, annunciate in populis opera eius.

⁸ Habitator syon.

12 Quoniam inquirens sanguinem, ⁹ illorum recordatus est, non est oblitus clamoris humilium ¹⁰.

⁹ Cruores.

¹⁰ Pauperum uel mãsuetorum.

13 Miserere mei domine, respice afflictiõem meã ex odio prosequentibus me, exaltans me de portis mortis,

14 Vt narrem ¹¹ omnem laudem tuam in portis filiæ syon exultabo in salute tua,

¹¹ Propterea narrabo

15 Immersæ ¹² sunt gentes in fouea quam fecerunt, in rete

¹² Insixæ sunt.

quod absconderunt captus est pes eorum.

16 Notus dominus iudicium fecit, in opere palmarū suarum illaqueatus [13] est impius, canticum [14], sela.

17 Conuertant impii in infernū, oēs gētes obliuiscētes dei.

18 Quoniam non in æternum obliuioni erit pauper, spes mansuetorum non peribit in æternum.

19 Exurge domine ne corroboretur [15] homo, iudicentur gentes in conspectu tuo.

20 Pone domine iugum [16] ipsis, cognoscant gentes homines [17] esse se, sela.

[14] Meditatio, locutio

[13] Corruit.

[15] Fortificetur.

[16] Dñiū uel rectorem uel timorem.

עלמות

לבן

[17] In hebræo ponitur enos. i. homo sunt & significat recte hominem ut lem אנוש.

Hui⁹ psalmi noni tituli secūda dictio .s. halmuth nō paruę est ambiguitatis apud hebræorū auctores. Nam aliqui dicunt esse duas dictiones & significare super morte & tertiam .s. laben, significare filii uel nabal, trāspositis literis. Alii qui uero alii dicunt unicam esse dictionē & significare iuuentutē. Tertiam uero significare albam .i. claram & splēdidam. Idcirco nō īmerito omniū illorū auctorum huius psalmi expositionē inseremus, qm̄ illi qui asserūt duas esse dictiones, & significare pro morte siue super mortē dicūt hunc psalmū, pphetam fecisse pro morte gulie philistei iudæorū inimici, quē in bello occiderat Dauid, uel pro morte nabal, coniugis abigail, ut in libro Regū manifeste apparet utriusq; rei series, uel pro morte cuiusdā uiri laben nuncupati. nam chaldaica expositio hæc habet uerba super mortem uiri qui egressus est e medio castrorū philistinorum, illi uero qui unicam dictionē esse uolunt, atq; pro iuuentute splendida interpretant, asserūt hunc psalmum fuisse factum ob uictoriam & prosperitatē, necnon dignitatem quā habiturus est (ut aiunt) populus hebreus in ultimo aduentu ipsius Messiæ. ¶ Nos uero qui sensum christi habemus tam pro morte ipsius antichristi & cuiuscūq; alterius christianę fidei inimici, q̄ etiam pro reparatione ecclesiæ, ac pro gloria & dignitate quam adeptura est cōpilatum fuisse minime ambigimus, & qm̄ uictoriam assequi minime possumus absq; inimicorū ruina. Idcirco propheta ipse ipsorū destructionē ecclesiæ triumpho præposuit, atq; ideo pro morte insipientis in corpore psalmi traduximus. Verum dictio secūda utrūq; indifferenē significare potest, pro iuuētute & pro morte. Tertia uero filii, ul' nabal, uel laben, ul' illius qui egressus est e castris. Potest ēt referri ad mortem populi iudæorū, qui filius in sacra scriptura nuncupat. ¶ Animaduertendū etiam est, qm̄ sextus uersus huius psalmi uariis modis exponit. Nam alii exponunt Inimicus .i. cum cecidit inimicus, defecerunt .s. omnes quotquot fuerunt illius sectæ, & idcirco frameę in æternū

scilicet pro ipsis. Alii uero dicunt o inimice defecerũt fra͂meæ in finem, ita ꝙ frameæ sit nominatiui casus pluralis numeri. Alii uero dicunt poni singulare pro plurali, & inimicus pro inimici, ut dicatur inimici defecerũt, frameę. s. super te in æternũ. Alii dicunt o inimice defecerunt frameæ. i. tu credis ꝙ defecerint frameæ in æternũ, & ciuitates quas. s. destruxisti. periit. i. & credis ꝙ periit memoria eorũ ab ipsis, & dominus in æternum sedebit &c. Aduertendũ etiã est ꝙ in eodem uersu ubi nos interpratisumus ab ipsis, uel cum ipsis, possumus more poetico dicere ipsi, ita ꝙ relinquat uerbum & intelligat ipi iam defecerũt. hęc enim omnia patitur sermo hebræus. ¶ In uersu duodecimo aduertendũ est, qm͂ ponitur ibi sanguis in plurali numero & dicit. Quoniã requirẽs sanguines si dici posset sermone latino, & tunc relatiuum illorũ potest referri tã ad sanguinẽ q͂ ad pauperes. ¶ In uersu quartodecimo ubi dicit canticum aduertendũ ꝙ sic exponitur, cantabunt siue exultabunt iusti in ęternum, uel meditatio, id est unusquisq; meditabitur uel loquetur de hac ultione.

Psalmus decimus.

1 VT quid domine permanebis a longe, occultaberis [1] in tempore [2] in tribulatione.

2 In superbia impii persecutionẽ patietur pauper, comprehendantur in sceleribus [3] quæ cogitauerunt.

3 Quoniam [4] laudatur impius iuxta desiderium animæ suæ, & iniquus benedicit blasphemanti dominum.

4 Impius sm̃ altitudinem iræ suæ nõn quæret, non est deus omnes cogitationes eius.

5 Prosperabunt uiæ eius in omi tẽpore, excelsa [6] iudicia tua a cõspectu eius, oẽs inimicos suos flatu [7] prosternet.

6 Dixit in corde suo, non elabar a generatione & generatione, sine [8] malo,

7 Maledictione [9] os eius plenum est & fraude & prauitate, sub lingua eius afflictio & iniquitas.

8 Sedebit [10] in insidiis pagorum [11] in occultis occidet innocentem, oculi eius ad pauperem [12] innuent.

9 Insidiabitur in occulto sicut leo in tugurio suo, insidiabitur ut rapiat pauperem, rapiet pauperem dum attrahet eum in rete suum.

10 Subsidebit [13] humiliabitur, & cadet in fortitudine [14] ei[us] exercitus contritorum.

11 Dixit in corde suo oblitus est deus, abscondit faciem su[am]

[1] In tẽporibus
[2] Incẽdetur.
[3] In cogitationibus quas.
[4] Qm̃ laudat impius iuxta desideriũ aĩam suã & iniquus gloriat qm̃ irritauit dñm.
[5] Dolore afficiẽt pau.
[6] Excelsa iudicia.
[7] Loquet mẽdacia uł oẽs tribulãtes eũ uelut flatum uenti iudicabit.
[8] Sine malo actiue & passiue sumit, uł qm̃ sine malo discedet.
[9] Iuramẽto.
[10] Habitabit.
[11] Cortiũ uel uicorũ.
[12] A paupere abscondentur.
[13] Quęret cõtritũ se facere ut abscõdat se in aliquo occulto loco.
[14] In nutibus eius uł in ossibus.

am ne uideat in æternum.

12 E t exurge domine deus exalta manum tuam, ne obliuiscaris pauperum[15].

[15] Humilium.

13 P ropter quid irritauit impius deum, dixit in corde suo non requires.

14 V idisti quoniam tu afflictionem & dolorem consideras, ut des in manu tua, super te derelinquetur pauper, orphano fuisti adiutor.

15 C ontere brachium impii & malum[16] requires, impietatem eius non inuenies.

[16] Et malum requiret impietatem eius non inueniet uel & malum requiret impietas eius non inueniet.

16 D ominus rex in æternum & semper, perierunt gentes de terra eius.

17 D esiderium humilium exaudisti domine, diriges cor eorum auscultabit auris tua.

18 V t iudices orphanum & pauperem, ne pergat[17] amplius conterere hominem ex terra.

[17] Ne addat amplius ut opprimat homo ex terra. i. homo impius, homo terrenus ne pergat conterere iustos.

P salmus iste decimus nullum habet titulum, quoniam iuxta multorum doctorum opinionem connexus est cum præcedenti, ut in psalmi serie manifesto apparet. ¶ Id uero quod considerandum est, quoniam tertius uersiculus habet aliqua uerba aliquantulum obscura. nam sunt uerba requirentia accusatiuum casum, & non habent illum. Idcirco ab aliquibus ut passiua exponunt, licet sint actiua ut in corpore psalmi positum est. Alii uero supplent accusatiuum casum & dicunt, quoniam laudauit impius. s. seipsum iuxta desiderium animæ suæ. i. eo quod sequitur desiderium animæ suæ, & iniquum benedixit irritauit dominum. i. eo quod blasphemauit & irritauit dominum, uel iniquus gloriatur quod blasphemauit dominum. ¶ Et aduertendum est, quoniam in his duobus psalmis ponuntur arma siue artes quibus utuntur siccarii ut aliquem capiant. ¶ Circa ultimum uersum aduerte quoniam ubi nos traduximus hominem in hebræo ponitur henos, quod ut plurimum hominem abiectum significat & uilem, & sic melius dicemus ne pergat conterere homo ex terra. i. homo abiectus & uilis qui ex terra est, & terrena meditatur conterere siue confringere cæteros ex terra.

¶ Titulus psalmi undecimi.

¶ Vincenti[1] dauid. Psalmus undecimus.

[1] Effundenti sanguinem &c.

1 I N domino confisus sum quomodo dicetis animæ meæ, transmigra[2] ex monte uestro uelut passer.

[2] Transmigra in montem uestrum passer, siue transmigrate ex monte uestro uelut passer.

2 Q uoniam ecce impii intendent[3] arcum, præparauerunt sagittam eorum super neruum, ut sagittent in obscuro

[3] Dirigent.

rectos corde.

3 Qn̄ fundamenta [4] destruent, iustus quid operatus est.

4 Dominus in templo sanctitatis eius, dominus in cœlo sedes eius oculi eius uidebunt, palpebræ eius probabūt filios hominis.

5 Dominus iustum probabit, & impium & diligētem ini quitatem odio habuit anima eius.

6 Pluet super impios laqueos ignem & fulgur, & spiritus combustionum [5] pars calicis eorum.

7 Quoniā iustus dominus iustitias diligit, rectum [6] aspi cient uultus eius.

Huius psalmi undecimi titulus cōnexus est cū primo uer siculo psalmi. Id aūt quod maxime animaduertendū est ue lim scias, qm̄ in plerisq; locis tam in psalmorū libris q̄ in aliis sacræ scripturæ quibuscūq; multotiens idem uerbū, & in plurali numero & in singulari indifferēter trāsferri po test, sed in singulari prout legit̄, in plurali prout scribit̄ uel ecōuerso, q̄d nō sine maxima difficultate ab his qui igno rant hebræum sermonē intelligi pōt. Nā scriptura hebræa potest legi cū punctis & sine pūctis, idcirco sæpissime scri ptura ipa si legat̄ sine punctis unū ostendit. si uero cū pun ctis aliud. cū aūt scriptura sacra cum punctis & sine pun ctis legi possit, ideo idē nomen & uerbū & in singulari nu mero, & ī plurali legi poterit. Quod tamē nō sine magno arcano accidere potest. nam opus est ut lex punctorū cū li teris ipsis cōueniat, ut patet hebræum idioma scientibus, ideo iudæi qn̄ aliqua reperit̄ dictio, ut p̄diximus dicunt sic scribit̄ & sic legit̄. i. fm̄ literas sic scribitur. Scd̄m uero pun cta sic legit̄, q̄d quidē accidit in uerbo nudu. i. transmigra primi uersus huius psalmi. nā indifferēter trāsferri potest transmigra fm̄ q̄ legit̄ & refertur ad animā, siue ad chri diuinitatē, qm̄ in fœminino genere ponit̄ illud uerbū iu xta puncta ipius dictionis designātia singularē numerū, uel transmigrate, in plurali numero prout scriptū est. i. iu xta literas quæ ponunt̄ in dictione, & sic refertur ad aīam & corpus atq; discipulos, & sic deinceps intelliges cū dice mus prout scribit̄ & prout legitur. ¶Circa etiā sequentē dictionem eiusdem uersus. Aduerte q̄ aliqui dicunt sup plendā esse dictionē ex uel in, ita q̄ dicat ex monte uestro uel in montē uestrum. ¶Circa etiam ultimam dictionem huius uersus aduertendū q̄ aliqui addunt aduerbium si militudinis. s. uelut passer. Aliqui uero nihil addūt. ¶Cir ca etiā tertium uersum aliqui dicunt esse exponendum, si fundamenta destruentur &c. uel posita &c.

[4] Retia.

[5] Intemperierum.

[6] Recte aspicient faci es eorum. i. deus dili git illos quorum uul tus aspicient id quod rectum est.

נודו

חרכם
צפור

Titulus psalmi duodecimi.

Vincenti [1] super octaua psalmus Dauid.

Psalmus duodecimus.

[1] Dantiæternitatē effūdēti sanguinē &c

[2] Cōsumptus est misericors & q ī gratia existit.

Saluum fac domine, quō defecit [2] sanctus, quō defecerunt fideles [3] a filiis hominis.

[3] Fides siue fidelitates uel ueritates.

2 Vana loquentur unusquisq; cum proximo suo, labium adulationum in corde, & corde loquentur.

3 Perimat dominus omnia labia adulationum, linguam loquentem magna.

4 Qui dixerunt linguis nostris magnificabimur, [4] labia nostra nobiscum, quis dominus nobis?

[4] Corroborabimur.

5 Præ uastitate pauperum, præ gemitu [5] mendicorū nūc exurgam dicet dñs, ponā in salute loquetur [6] pro ipso.

[5] Clamore.

[6] Illaqābit.i ponā in salutari & eripiam ipm iustū ab illo q posuit laqum illi, uel insufflabit ipi i. habuit ipsum iustū p nihilo uel loquetur pro ipso.

6 Eloquia domini eloquia munda, argentum igne examinatum a domino [7] terræ purgatum septies.

[7] Publicū & manifestū terræ uel uase alchimico terræ.

7 Tu domine custodies eos, custodies eum a generatiōe hac in æternum.

8 In circuitu impii ambulant, cum exaltabūtur [8] opprobria filiis adam.

[8] Cū exaltabit uilipēdia filiis Adā uel uilissimi filiorū Adam.

Titulum huius psalmi duodecimi superius declarauimus, idcirco ipsum prætermittam, quod autem te latere minime uelim, quoniam quintus uersus a diuersis diuersimode exponitur. Nam uerbum ultimū aliqui exponunt illaqueabit. aliqui uero alii insufflabit. alii uero loquetur, & sic iuxta has diuersas significationes diuersimode exponēdus est uersiculus iste, ut in margine psalmi positum est, uerum chaldaica expositio sic habet, nūc exurgam dicit dominus ponam redemptiōem populo meo, & impiis testificabor malum pro ipsis. Nec prætereundum est, q uersus sexti dictio, scilicet bahalil quam nos interpretati sumus a domino terræ iuxta chaldaicam expositionem, a diuersis auctoribus diuersimode exponitur. Nam aliqui dicunt significare in alchimico terræ. i. uase in quo purgatur argentum. Alii uero reuelatum uel manifestum, quasi dicat argentum examinatum publicū ac manifestum terræ. Aduertendum etiam est q ultima uerba ultimi uersus huius psalmi diuersis modis exponuntur. Nam chaldaica expositio habet in circuitu impii ambulāt sicut hirudo uel sanguisuga, quæ sugit sanguinem filiorū hominū. Alii uero exponūt uelut in corpore psalmi positum est. Alii uero in circuitu impii ambulāt. i. in circuitu iusti ut eum occidāt. cum exaltabitur. i. putant enim cum exaltabitur iustus q opprobria & uituperia erunt filiis adam.

בעליל.

¶ Titulus psalmi tertii decimi.

¶ Vincenti [1] psalmus dauid.

Psalmus tertius decimus.

[1] Effundenti sanguinem &c.

1 Usquequo domine obliuisceris mei in æternum, usquequo abscondes faciem tuam a me.

2 Usquequo ponam consilia in anima mea, anxietatem in corde meo per diem, usquequo exaltabitur inimicus meus super me.

3 Respice responde mihi domine deus meus, illumina oculos meos nequando obdormiam mortem [2].

[2] Dormitiõem.s. mortis æternæ.

4 Nequando dicat inimicus meus præualui aduersus eũ, tribulantes me exultabunt, quum lapsus fuero.

5 Ego autem in misericordia tua speraui, exultabit cor meum in salute [3] tua, cãtabo dño qm̃ retribuit mihi [4].

[3] Salutationem.

[4] Super me.

¶ Titulus psalmi quarti decimi.

¶ Vincenti [1] dauid.

Psalmus quartus decimus.

[1] Dãti ęternitatẽ &c.

1 Dixit insipiens [2] in corde suo non est deus, corruperunt, [3] abominabile fecerunt studium, non est faciens bonum.

[2] Iniquus.

[3] Corruptã fecerũt ul. dissipauerũt, abominati sũt studiũ.i. abomĩabile opus fecerũt in chri passiõe sequentes cogitatões uanas

2 Dominus de cœlo aspexit super filios hominum, ut uideat an sit intelligens requirens deum.

3 Unusquisq; declinauit, simul abominabiles [4] facti sunt, non est faciens bonum non est etiam unus.

[4] Corrupti sũt fœtuerunt.

4 Nonne cognouerunt oẽs operantes iniquitatem, deuorãtes [5] ppl̃m meũ comederũt panẽ, dñm nõ iuocauerũt.

[5] Comedẽtes ppl̃um meũ comederũt.i. ac si comedissent panẽ.

5 Ibi timuerunt timore, qm̃ deus in generatione iusti.

6 Consilium inopis confundetis, [6] qm̃ dñs fiducia eius.

[6] Confunditis.

7 Quis dabit ex sion salutẽ israel, dum quiescet [7] dñs captiuitatem populi sui, exultabit iacob, lætabitur israel.

[7] Dum conuertet uel deducet.

¶ Titulus psalmi quinti decimi.

¶ Psalmus dauid.

Psalmus quintus decimus.

1 Domine quis morabitur [1] in tentorio tuo, aut quis habitabit in monte sanctitatis tuæ?

[1] Peregrinabitur.

2 Gradiens sine macula, & operans iustitiam, & loquens ueritatem in corde suo.

3 Non detraxit [2] lingua sua, non fecit socio [3] suo malũ, & opprobrium non tulit [4] aduersus proximum suum.

[2] Detulit susurrauit.

[3] Amico.

[4] Accepit, leuauit.

4 Neglectus in oculis suis abominabilis, timẽtes autem

⁵ Honorificabit. dñm glorificabit, ⁵ iurauit affligere ⁶ & non mutabit.

⁶ Vt cōtereret, uel humiliaret. f. corpus suum uel seipsum.

5 Argentum suum non dedit ad usuram, & largitiōem ⁷ super innocentem non accepit, faciens hæc non elabet in æternum.

⁷ Munus fraudulentum.

Titulus psalmi decimi sexti.

Insignia ¹ dauid.

Psalmus decimus sextus.

¹ Plaga ĩtegra uel paup simplex uel instrm musicū, uel honor militaris.

1 Custodi me deus, quoniam speraui in te.

² Dixisti dño.

2 Dixi ² domino, dominus meus tu, bonitas mea nō confert ³ tibi.

³ Nō sup te, uel nō apđ te, ul nō p te, ul nō sine te, iuxta sermonē hebræū.

3 Sanctis qui in terra sunt, & admirabilibus, omnis uoluntas mea in eis.

⁴ Multiplicabunt idola illorum.

4 Multiplicabunt ⁴ dolores eorum post alterū accelerauerūt, nō libabo ⁵ libamina eorum de sanguine, neq; assumam nomina eorum super labia mea.

⁵ Immiscebo mixtionem.

⁶ Portio.

5 Dominus fors ⁶ partis meæ & calicis mei, tu sustentabis ⁷ sortem meam.

⁷ Tu posuisti uł fecisti manū meā se se iclinare & descēdere super sortem meam.

⁸ Sortes uł ptes ceciderūt mihi in amœnis seu elegātibus.

6 Funes ⁸ ceciderunt mihi in iocundis, insuper hæreditas præclara ⁹ mihi.

⁹ Pulchra speciosa super me.

8 Inueniat [6] manus tua omes inimicos tuos, dextera tua inueniat odio habentes te.

9 Pones eos ut clibanum ignis in tepore iræ [7] tuæ dñe, in ira sua opprimet eos, & deuorabit eos ignis.

10 Fructu eorũ de terra perdes, & semen eorũ a filiis hoïs.

11 Quoniam proiecerunt sup te malũ, cogitauerunt [8] cõsilium quod non potuerunt.

12 Qm [9] sepones eos, cũ neruis tuis diriges in uultus eorũ.

13 Exaltare domine in uirtute tua, cantabimus & psallemus potentiam tuam.

Titulus psalmi uigesimi secundi.

Vincenti [1] super ceruã auroræ psalmus dauid.

Psalmus uigesimus secundus.

1 Deus meus deus meus quare dereliquisti me, lõge [2] a salute mea uerba rugitus mei.

2 Deus meus clamabo per diem & non respõdebis, & nocte, & non silentium mihi.

3 Et tu [3] sanctus, inhabitans, laudes israel.

4 In te sperauerũt pres nri, sperauerũt & liberasti eos.

5 Ad te clamauerunt & erepti sunt, in te sperauerũt & nõ fuerunt confusi.

6 Ego autem uermis & non uir, opprobrium hominis & abiectio plebis.

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] In fortitudine.
[3] q letabit ualde. i. q ualde letabitur,
[4] Preuenies illũ bñdictionibus boni.
[5] In salutatiõe tua celebrationem ul laudẽ. s. impones.
[6] Inueniat manus tua ab oïbus inimicis tuis.
[7] Vultus tui.
[8] Cogitauerũt scelus uel cogitatione, nõ potuerũt. s. illam facere.
[9] pones eos pte ul dorsũ. i. separabis eos a iustis cũ funibus tuis. i. cũ sagittis q ponunt in funibus arcus diriges &c.

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] Longinquus a salute mea cũ audias ỹba rugit9 mei.
[3] Tu aũt sancte p manes, ul habitas ul sedes.

7 Omnes uidentes me subsannabůt me, aperient [4] labia mouebunt caput.

8 Circůuoluit [5] ad dominum eripiet eum, liberabit eum quoniam dilexit [6] ipsum.

9 Quoniam tu extrahens me de uentre, sustentans [7] me super ubera matris meæ.

10 Super te proiectus sum ex uulua, ex utero matris meæ deus meus tu.

11 Ne elongeris a me, quoniam tribulatio proxima, qm̃ non est qui adiuuet.

12 Circundederunt me tauri multi, tauri bassan circunderunt me.

13 A peruerůt super me os suũ, leo [8] rapiens & rugiens.

14 Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt oĩa ossa mea, factum est cor meum sicut cera liquescens [9] in medio intestinorum meorum.

15 Aruit tanq̃ testa uirtus mea, & lingua mea adhesit faucibus meis, & in puluere mortis repones [10] me.

16 Q̃m circundederůt me canes, congregatio malignantiũ circũdedeřt me, foderůt [11] man⁹ meas & pedes meos

17 Numerabo [12] omnia ossa mea, ipsi considerabunt, toruum respicient [13] in me.

18 Diuident uestimenta mea sibi, & super uestem meam proiicient sortem.

19 Tu autem domine ne elongeris, fortitudo mea in auxilium meum festina.

20 Eripe a framea animã meã, de manu canis unicã meã.

21 Salua me ex ore leonis, & [14] a cornibus unicornium respondisti mihi.

22 Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te.

23 Timentes dominum laudate eum, omne semen iacob glorificate [15] eum, & expauescite ab illo oẽ semen israel.

24 Quoniam non despexit, neq; abominatus est humilitatem [16] pauperis, neq; abscondit faciem suam ab illo, & dum clamaret ad eum exaudiuit.

25 Ex te [17] laus mea in ecclesia magna, [18] uota mea reddã coram timentibus eum.

26 Comedent humiles [19] & saturabuntur, laudabunt do-

---

[4] Deludent me aperient cum labio uł erũpent in sermone.

[5] Cõfugit uel exultet uł circũdet ad dñm. s. orationem suam.

[6] Cõplacuit ĩ ipso.

[7] Dans mihi spem

[8] Sicut leo.

[9] Liquefiẽs uel liquefacta.

[10] Deduces me. i. inter labia, id est. latera sepulchri.

[11] Sicut leo.

[12] Narrabo oĩa ossa. i. pcussiones ossium.

[13] Torue respiciẽt uł despiciẽt me.

[14] Nãq; ĩ cornib⁹ unicorniũ humiliasti uel afflixisti me.

[15] Honorificate.

[16] Afflictionẽ, orationẽ, responsionem.

[17] De te.

[18] Multa.

[19] Mansueti.

minum inquirentes eum,uiuet cor ueſtrum in æternũ.

27 Reminiſcentur [20] & conuertentur ad dñm omnes fines terræ,& genua [21] fle ctent corã te uniuerſæ ſtirpes gẽtiũ.

28 Quõ dñi [22] eſt regnum,& dominabitur in gentibus.

29 Manducauerũt & genua flexerunt omnes pingues terræ,coram ipſo adorabũt omnes deſcendentes in puluerem,quoniam [23] animam ſuam non uiuificauit.

30 Semen ſeruiet ipſi,narrabit [24] domino in generatiõe.

31 Venient & manifeſtabunt iuſtitiam eius, populo genito quoniam fecit.

[20] Reminiſcantur & reuertantur.
[21] Et adorabũt uel adorent.
[22] Dño uel a dño.
[23] Et animã ſuã.
[24] Numerabit domino,p gñatione.

אילת השחר Huius pſalmi uigeſimi titulus duas habet dictiões hactenus minime expoſitas,quas ceruam auroræ interpretati ſumus,atq; a diuerſis auctoribus diuerſimode expoſitas reperi.Nam chaldaica expoſitio ſuper fortitudinẽ oblationis quotidianæ habet.& ſic prima dictio fortitudinẽ ſignificabit.Secũda uero diluculũ,ſeu aurorã,ſeu quotidianã, ſeu inueſtigationẽ antelucanã,uel matutinã. Alii uero pro ſtella matutina,quã nos uenerem appellamus interpretant. Alii uero nomen inſtrumenti aſſerunt eſſe. Alii uero pro cerua auroræ ſiue claritatis uel ſplendoris interpretari minime dubitãt, cũ in canticis q̃ pluries eccleſię ſponſus ceruo ſaltanti ſup montes & damę aſſimilet. ¶ Tu uero quicũq; es qui legis iuxta pſalmi ſeriem & materiã ,omes has ſignificationes chrĩ paſſioni ſplẽdori,morti,& reſurrectioni,necnon ipſius uictoriæ accõmoda. Verũ id q̃d te latere minime uelim, qm̃ iudęi in ſua priſtina perſiſtẽtes prauitate nunq̃ deſiſtũt mordere chriſtianos quoſcũq; interpres, ob ſexti decimi uerſus huius pſalmi interptationẽ. nã dicunt q́ ubi nos habemus Foderũt, in hebręo ponit dictio

כארי caari,quã quidẽ dicunt ſignificare ſicut leo,atq; ſimilẽ modum loquendi adducũt ex capite trigeſimo octauo Yſaię prophetę,ſicut leo ſic contereret oĩa oſſa mea. Verũ id q̃d p

כארי ſe adducũt non parũ chriſtianorũ auctoritati confert, qm in hoc pſalmo iuxta hanc dictionẽ, caari,gloſa hebręa habet hęc uerba.Bis tm̃ i ſacra ſcriptura reperit hęc dictio .ſ. hic,atq; in pnomiato loco,& in duplici ſignificato. Quęrã nunc ab hebręis.ſi bis tm̃ hęc dictio repit,& in duplici ſignificato,q̃d nã ſignificatũ hic habebit.nã cũ in pnomina to loco ſignificet ſicut leo, oportet ut hic aliquid aliud ſignificet,quid aũt ſignificare poterit pter id q̃d noſtri interpretati ſunt.ſ.foderũt. ¶ Quippe ſępiſſime cõtingere ſolet in ſacra ſcriptura, ut in pleriſq; dictionibus, litera aliqua ponat ſup flua,ita q́ nihil faciat ad dictionis ſenſum,uerũ propter aliq̃d arcanũ,ſeu myſteriũ nobis incognitũ ponitur,& multotiens,ut ſupius diximus,ponat una litera pro

altera, ut patet scientibus idioma hebræum, idcirco nō incongrue dicemus, positum fuisse, caari, pro caru, iuxta pannotata supius. s. caari, scribit, & caru legit, q̃d sæpissime in sacræ scripturæ codicibus accidit. Nā multotiens literæ sine punctis, ita φ nō pronūciant aliquo modo, neq̃ sint de essentia dictionis. Multotiens puncta sine literis, & pnunciant literæ, licet ibi nō ponāt, ac si essent ibi reperiunt. Hoc autē totū manifestū est nō ignaris literaturæ hebraicæ. Cur aūt factū sit, altioris est mysterii. Memini em̄ (testor deū) me uidisse quendā librū habentē in glosa caru, cui nō minorē auctoritatē cōferunt, q̃ ipsi textui, quod etiā plurimi iudęorum fatent, iuxta id superius dictum, caru legit, & caari scribit. Verū forte positū est, aleph, supfluū, qm̄ sm̄ caballisticos altius speculantes, litera aleph idē importat scdm̄ numerū quod nomen tetragrāmaton, & litera iod, prima est lra ipsius nois tetragrāmaton, cōtinens in uirtute totū nomen, ut patet per eosdē caballisticæ artis auctores. Hoc aūt totū cōtemplari, alterius est artificis. Nāq̃ in hoc psalmo tota christi passio, descensus ad inferos patet, psertim ubi dicit. Et animā suam nō uiuificauit, necnō conuersionē oīm gentiū ad christi fidē manifestauit dicens, Semen seruiet ipsi, narrabitur dn̄o. i. illud semen narrabit dn̄o in generatione uel numerabit dn̄o pro generatiōe, ubi chaldaica expositio dicit Semen ipius Abrahæ seruiet corā ipso, manifestauit uirtutē potētiæ dn̄i generationi ultimæ, reuertent filii eorū & dabunt iustitiā eius, populo eius q̃ futurus est ut regnet, miracula quæ fecit, & pleraq̃ alia hic ponit chaldaica expositio christi passioni ac triumpho ad modum cōgruentia, quæ causa breuitatis omitto.

כרו

א

יהוה

ℭ Titulus psalmi uigesimi tertii.

ℭ Psalmus dauid. Psalmus uigesimus tertius.

Dominus pastor meus, non deficiam.

2 In habitaculis [1] germinis accūbere me faciet, iuxta aquas [1] placidas deducet [2] me.

3 Animā meam restituet [3] diriget me per semitas iustitiæ, propter nomen suum.

4 Etiam cum [4] ambulauero per uallem tenebrosam, nō timebo malum qm̄ tu mecum, uirga tua & pedū tuum, ipsa me consolabuntur.

5 Ordinabis [5] in conspectu meo mensam aduersus [6] tribulantes me, impinguasti in oleo [7] caput meum, calix meus superabundans. [8]

6 Verūtamen [9] bonitas & misericordia sequentur me oībus diebus uitæ meæ, & [10] quiescam in domo domini in

[1] In pulchris amœnis.
[1] Sup aq̃s regei. i. ubi libenter requiescunt homines.
[2] Nutriet, sustētabit.
[3] Refocillabit, & est illius qui laborauit in agonia quietauit.
[4] Si ambulauero per uallē umbræ mortis.
[5] Pręparabis.
[6] Corā tribulātibus.
[7] Impinguasti oleo.
[8] Inebriās. i. plenus, ut quilibet possit extinguere sitim.
[9] Certe.
[10] Cū cōuertar, uel reuertar, ul reuersꝰ fuero in domum dn̄i.

longitudinẽ dierũ. ℭ Titulus psalmi uigesimi quarti.

ℭ Dauid psalmus.

Psalmus uigesimus quartus.

1 D Omini est terra & plenitudo eius, orbis [1] terrarum & habitantes in ea.

2 Q uoniam ipse super maria fundauit eam, & super flumina stabiliuit eam.

3 Q uis ascẽdet [2] in mõtem domini, aut quis exurget [3] in loco sanctitatis eius.

4 I nnocens manibus [4] & mũdus corde, qui [5] non accepit in uano animam suam, & non iurauit in fraude.

5 A ccipiet bñdictionẽ a dño, & iustitiã [6] a deo salutis suæ

6 H æc est generatio quærentiũ eũ, inquirentes [7] faciem tuam iacob, sela.

7 A ttollite portæ capita uestra, & eleuamini [8] ianuæ æternitatis, & introibit rex gloriæ.

8 Q uis est iste rex gloriæ, dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.

9 A ttollite portæ capita uestra & [9] eleuamini ianuæ æternitatis, & introibit rex gloriæ.

10 Q uis est iste rex glĩæ, dñs uirtutũ ipse rex gloriæ. sela.

Q uam manifeste iudęorũ insipientiã, ignauiã, atq; stultitiam, Dauid propheta in hoc psalmo detegat, aperiat, necnon manifestet, testat̃ chaldaicã expositio in ultimis uersibus huius psalmi dicẽs. Erigite portæ domus sanctitatis capita uestra, & eleuamini excelsa æternitatis, siue seculi, Erigite portę paradisi, ortus deliciarũ, capita vr̃a & eleuẽtur excelsa ęternitatis, uel erigant̃ gradus æternitatis, uel portę in ęternũ, & ingrediat̃ rex glĩę. Vbi postq̃ in uigesimo scd'o psalmo chr̃i passionẽ, ac eius resurrectionẽ, & gẽtiũ cõuersionẽ narrauit. Et in uigesimo tertio eccl'iæ gaudiũ ob ipius uictoriã exp̃ssit. In hoc uigesimo quarto dñium eius, necnõ cœlorũ aditũ & ingressum patefecit. ¶ Aduertẽdũ est q in q̃rto v̾su dictio aĩam suã, põt legi aniam meã, & r̃fert ad deũ. Nã legit̃ aĩam suã, & scribit̃ aĩam meã

1 Habitabile.

2 Direxit, p̃parauit

3 Consurget.

4 Palmis.

5 Qui nõ iurabit ĩ uano aĩam meam

6 Gr̃am uel elemosynã, q̃d. n. gratis dat̃ cũ misericordia zedaca dicit̃.

7 Iacob. i. domus Iacob.

8 Et accipe portas in æternum uel seculi.

9 Et accipite portas æternitatis uel i ęternũ, uel attollite ianuæ æternitatis s. capit

בנפשו

ℭ Titulus psalmi uigesimi quinti.

ℭ Dauid. Psalmus uigesimus quintus.

1 A D te domine, animam meam leuabo. [1]

2 D eus me[9] in te cõfisus sũ ne cõfundar, [2] ne letẽtur inimici mei super me.

3 E tiam omnes expectantes te non erubescent, erubescẽt præuaricantes sine [3] causa.

1 Leuabo scilicet in oratione.

2 Ne cõfundar ne iocũdetur mihi. i. propter me.

3 Frustra.

4 Vias tuas dñe notas fac mihi, semitas tuas doce me.
5 Dirige me in ueritate tua, & doce me, quoniam tu deus salutis meæ, te expectaui tota die.
6 Reminiscere miserationũ tuarũ domine, & misericordiarum tuarum, quoniam [4] a seculo sunt.
7 Peccatorũ iuuentutis [5] meæ, & transgressionũ mearum
8 ne reminiscaris, ſm misericordiam tuam reminiscere [6] mei tu, propter bonitatem tuam domine.
9 Bonus & rectus dñs, ppterea docebit pctõres in uia.
10 Diriget mãsuetos in iudicio, & docebit hũiles [7] uiã suã
11 Omnes semitæ domini misericordia & ueritas, custodientibus fœdus [8] eius, & testimonia eius.
12 Propter nomen tuum domine, & parces [9] delicto meo, quoniam multum est.
13 Quis est uir timẽs dñm, docebit [10] illũ uiã quã eliget.
14 Anima eius in bono dormiet, [11] & semen eius hæreditabit terram.
15 Secretum domini timentibus eum, & fœdus eius ut faciat illos cognoscere. [12]
16 Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse educet ex rete pedes meos.
17 Respice in me & miserere mei, quia unic⁹ & paup ego.
18 Tribulationes cordis mei dilatatæ [13] sunt, de angustiis meis educ me.
19 Respice afflictionẽ meam & laborem meum, & dimitte [14] omnia peccata mea.
20 Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquitatis oderunt me.
21 Custodi animam meam & eripe me, non erubescam, quoniam speraui in te.
22 Simplicitas [15] & rectitudo custodient me, quoniam expectaui te.
23 Redimet deus israel, ex omnibus angustiis meis.

[4] Quę ab ęterno sunt.
[5] Adolescentiarum.
[6] Memento mei ut. s. reddas mihi tu...
[7] Mites.
[8] Testamentum.
[9] Et tolles uł accipies uł portabis delictum meum, uel quamuis magnum sit.
[10] Docebit illũ in uia eliget. i. ꝙ eliget uel quam uiam eliget.
[11] Morabit.
[12] Cognoscere, id ẽ ut det intellectui eorum noticiã & sciẽtiam & speculationem.
[13] Dilatauerũt supple habitationem suam.
[14] Et porta omĩa peccata mea.
[15] Innocentia.

ℭ Titulus psalmi uigesimi sexti.

ℭ Dauid. Psalmus uigesimus sextus.

1 Iudica me domine qm̃ ego in innocẽtia [1] mea ambulaui, & in domino speraui non elabar.
2 Proba me domine & tenta me, examina renes meos & cor meum.

[1] In simplicitate mea in perfectione mea.

3 Quoniam misericordia tua ante oculos meos, & ambulaui in ueritate tua.

4 Nō sedi cū uiris uanitatis, & cū uersutis [1] nō ingrediar.

5 Odi ecclesiam malignantiū, & cum impiis nō sedebo.

6 Lauabo in munditia [3] palmas meas, & circūdabo altare tuum domine.

7 Ut faciam [4] audire uocem laudis, & ut narrem omnia mirabilia tua.

8 Domine dilexi habitaculum refugii domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ [5] tuæ.

9 Ne claudas [6] cum peccatoribus animam meam, & cū uiris sanguinum uitam meam.

10 Quoniam [7] in manu eorum scelus, & dextera eorum repleta est largitione. [8]

11 Ego autem in innocētia [9] mea ambulabo, redime me & miserere mei.

12 Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesiis bñdicā dñm.

[1] Cū occultis. i. qui unū hñt i corde & aliud i ore uł q in occultis parāt insidias ut capiant aliquē uel ut aliquid mali faciant.

[3] In puritate, in innocentia.

[4] Ut faciā audire in uoce cōfessiōis uel celebritatis .s. quæ fecisti.

[5] Honoris.

[6] Conreges.

[7] In quorum manibus scel9, uł iniqtas uel nephas, uel cogitatio mala.

[8] Munus .s. fraudulentum.

[9] In simplicitate.

Titulus psalmi uigesimi septimi.

Dauid. Psalmus uigesimus septimus.

1 Dominus lux [1] mea & salus mea quem timebo, dominus fortitudo uitæ meæ a quo trepidabo?

2 Dum [2] præliabūtur aduersum me malignātes, ut edāt carnem meam, tribulantes [3] me & inimici mei aduersum me, ipsi corruent & cadent.

3 Si cōsistant aduersum me castra non timebit cor meū, si exurgat aduersum me bellum, in hoc ego [4] cōfidam.

4 Unam [5] petii a domino illam requiram, ut inhabitē in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam [6] iocunditatem domini, & ut uisitem templum eius.

5 Quoniam abscondet me in tugurio suo, in die mali occultabit me in secreto tentorii sui, in rupe exaltabit me.

6 Et nunc exaltabit [7] caput meum super inimicos meos qui in circuitu mei, & sacrificabo in tentorio suo sacrificia iubilationis, cantabo & psallam domino.

7 Exaudi domine uocem meam qua clamabo, & miserere mei & responde mihi.

8 Tibi [8] dixit cor meum, requirite faciem meam, faciem tuam domine requiram.

9 Ne abscōdas faciem tuam a me, ne expellas [9] in ira ser

[1] Lumen meum.

[2] Dū appropinquabūt

[3] Tribulantes me & inimici mei mihi. i. appropinquabūt, uł isidias parabūt corruerunt & ceciderunt.

[4] In hoc .s. quod dixi dñs illuiatio &c. siue in legeq̄ zoth dicitur. זאת

[5] Unā .s. petitionē.

[6] Ut respiciam in amenitate dñi ut explorē uł dilucu lo surgā & q̄ram.

[7] Exaltabitur.

[8] Tibi. i. pro te uel ī persona tui dixit cor meū requirite faciē meā. s. ipsius dñi uł regrite uultus mei .s. dñm.

[9] Declines.

uum tuum, auxilium meum fuisti, ne dimittas me, neq; derelinquas me deus salutis meæ.

10 Quoniam pater meus & mater mea dereliquerũt me, dominus autem collegit [10] me.

11 Doce me domine uiam tuam, & deduc me in semitã rectitudinis propter [11] tribulantes me.

12 Ne tradas [12] me in animam tribulantium me, qm̃ insurrexerunt in me testes falsitatis, & loquens iniquitatẽ.

13 Credidi [13] uidere bonitatẽ domini, in terra uiuentiũ.

14 Expecta dominum uiriliter age, & confortabit cor tuum, & expecta dominum.

[10] Clausit uel congregauit.

[11] Propter respiciẽtes me torue uel canentes me.

[12] Ne des me ĩ uoluntatem.

לולא

[13] Nisi credidissẽ respicere in bonitate dñi in terra uiuẽ, nã legitcũ nisi & sine nisi pp quasdã ꝟgulas supra dictionẽ lule. i. nisi existentes.

Titulus psalmi uigesimi octaui.

Dauid. Psalmus uigesimus octauus.

1 AD te dñe clamabo creator [1] meus ne sileas a me, neqũ taceas a me, & assimilabor descẽdẽtib⁹ i lacũ.

2 Exaudi uocem depcationũ mearũ dũ clamo ad te, dũ extollo manum meam ad abditũ [2] sanctitatis tuæ.

3 Ne trahas me cum impiis & cũ operantibus iniquitatẽ, qui loquunt̃ pacẽ cũ sociis suis, & malũ in corde eorũ.

4 Da illis ſm [3] opus eorũ, & ſm malignitatem studiorum eorum, ſm opus manuum eorum da illis, redde retributionem eorum ipsis.

5 Quoniam non intelligent [4] opera domini, & opus manuum eius, euertet [5] illos & non ædificabit illos.

6 Bñdictus dñs, qm̃ exaudiuit uocẽ depcationũ mearũ.

7 Dominus fortitudo mea & scutum meum, in ipõ sperauit cor meum & adiutus sum, & exultabit cor meũ, & [6] i cantico meo celebrabo eum.

8 Dñs fortitudo ipsis, & fortitudo saluationũ chr̃i sui ipẽ.

9 Saluũ fac populũ tuũ & bñdic hæreditati tuæ, & pasce [7] eos & extolle illos usq; in seculum.

[1] Rupes mea & lapis meus.

[2] Locũ secretũ, & abditũ, & locũ secretum templi ubi dantur oracula.

[3] Scdm̃ actionẽ eorũ & scdm̃ malignitatẽ actionũ eorum.

[4] Intelligunt actiones.

[5] Euertet illos. s. deus uł destruet & nõ ędificabit illos, uł destruet illa. s. unusq̃sq; impi⁹ destruet opa dei & nõ ędificabit illa. i. non faciet iterũ illa.

[6] Et de cantico meo.

[7] Et rege eos & exalta eos.

Titulus psalmi uigesimi noni.

Psalmus dauid.

Psalmus uigesimus nonus.

1 AFferte [1] dño filii principum, afferte dño gloriam [2] & fortitudinem.

2 Afferte domino gloriam nominis eius, adorate [3] dñm in magnificentia sanctitatis.

3 Vox dñi sup aq̃s, deus gł'æ itonuit, dñs sup aq̃s m̃tas.

[1] Date uł ppara te dño filii fortiũ, ordines angelorum, filii deorum.

[2] Honorẽ & uirtutẽ.

[3] Genua flectite dño ĩ decore, in gloria sanctitatis.

4 Vox dñi in uirtute,uox domini in magnificentia.
5 Vox dñi cõfringẽs cedros,& cõfriget dñs cedros libani
6 Et exilire [4] fecit eos uelut uitulum, libanũ & sirion uelut filium unicornium.
7 Vox domini intercidens flammas ignis.
8 Vox dñi contremiscere [5] fecit desertum,contremiscere fecit dominus desertum cades.
9 Vox domini cõtremiscere [6] fecit ceruas & detexit [7] syluas,& in templo eius omnes [8] ipsi dicunt gloriam.
10 Dominus [9] diluuium inhabitauit, & sedebit dominus rex in æternum.
11 Dominus uirtutem [10] populo suo dabit, dominus benedicet populum suum in pace.

[4] Et saltare fecit eos ita q̃ p̃ tremore uidebãt saltare & e locis propriis euelli.
[5] Dolore afficiet uelut parturientẽ desertum.
[6] Obstetricauit,ut dolere fecit ut parturientem ceruas uel fortes.
[7] Denudauit, uel decorticauit.
[8] Et ĩ tẽplo ei[9] totũ ipm uł unusq̃sq; dicit gloria uł ho nor.s. sit deo.
[9] Dñs ĩ diluuio sedit & hĩtabit dñs rex in æternum.
[10] Fortitudinem legem.

Quam manifeste fidelium sententiã, necnon catholicæ fidei doctrinã,quę christi passioni,ac redẽptioni nostrę,conatur psalmorũ codicẽ attribuere ipa chaldaica trãslatio approbet,quicũq; huius psalmi trãslatione pspexerit,omi semota ambiguitate,diiudicabit. Ait em̃ in primo psalmi uersu Afferte coram dño laudem ordines angelorũ. Afferte corã dño gloriã & fortitudinẽ. Atq; ultimã partẽ penultimi uersus huius psalmi.s.Et in tẽplo eius exponẽs inquit.Et in sanctuario eius, q̃d supius est,omes ipsi ministri eius dicant gloriã in cõspectu eius.Et penultimũ declarãs uersum,hæc ptulit uerba.Dñs in generatione diluuii uel cũ generatione diluuii sedit uel sedebit sup iudiciũ ut pugnet cõtra illos & uindictam capiat ab illis, & sedebit dñs sup thronũ pietatis,& eripiet Noe, & regnabit sup filios eius in secula seculorũ.Hæc aũt dixisse uolui, ut nõ p glia mõtis synai,nec; pro glia legis,ut iudæi arbitrant, uerũ p chri & ecclię gloria decore & magnificẽtia,Dauid pphetã spũ sctõ imbutũ hunc psalmũ cõposuisse aĩaduertant.

Titulus psalmi trigesimi.

Psalmus cantici dedicationis domus dauid.

Psalmus trigesimus.

1 EXaltabo [1] te domine quoniã eleuasti me,nec lætificasti inimicos meos super me.
2 Domine deus meus clamaui ad te,& sanasti [2] me.
3 Domine exaltasti [3] ex inferno animam meam, uiuificasti me ne descenderem in puteum.
4 Psallite dño scti eius,& cõfitemi memoriæ sctitatis ei[9].
5 Quoniam instans [4] in ira eius, uita in uoluntate eius, in uespere demorabit [5] flet[9],& in matutino [6] exultatio.

[1] Laudabo te dñe qm̃ exaltasti me erexisti.saluasti,sustulisti, nec; inimicos meos pro me delectasti.
[2] Medicat[9] es mihi.
[3] Eleuasti,ascendere fecisti ex fouea.
[4] Instãs est ira eius .i.ira eius est uelut instans.
[5] Pernoctabit.
[6] Et in mane canticum.

6 Ego aũt dixi in abũdantia [7] mea, nõ elabar in æternũ.

7 Domine in uoluntate tua præstitisti [8] monti meo uirtutem, abscondisti faciem tuam fui conturbatus.

8 Ad te domine clamabo, & ad dominum deprecabor.

9 Quæ utilitas in sanguie meo cũ [9] descẽdero ad foueã? nũquid celebrabit te puluis an annũciabit ueritatẽ tuã?

10 Exaudi dñe & miserere mei, dñe esto adiutor meus.

11 Conuertisti luctũ [10] meũ in chorũ mihi, dirupisti [11] saccum meum & cinxisti me lætitia.

12 Vt psallat tibi gloria [12] & non sileat, domine deus meus in æternum celebrabo te.

[7] In qete mea dũ quiescerẽ in prosperitate mea.
[8] Locasti in mõte meo uirtutẽ.
[9] Dũ descẽdero in foueam corruptiõis & taciturnitatis.
[10] Mispedi ,ppriẽ significat lamẽtationẽ, & fletũ, sic̃ cũ ululatu q̃ solet fieri super cadauera mortuorum.
[11] Dissoluisti.
[12] Ponit gl̃ia ĩ nrõ casu, ut honor.

Iste psalmus ac eius titulus q̃ cõgrue iudæorũ expositioni conueniat ipi animaduertant. Nam dicunt hũc psalmũ pro dedicatione templi Salomonis fuisse cõpositũ. Cũ tamen nulla de templo in ipso fiat mentio. Magis aũt miror quorundã expositorũ ignauiam, qui exponentes tertium uersiculũ Dñe eleuasti a fouea siue ab inferno aniam meam &c. inquiũt. Descendi nãq; ad gehennã p̃cor ne descẽdam in puteũ. Iuxta distinctionẽ datam ab hebræis de septem inferni locis, quorũ pene infimus est puteus, quã rem deo auxiliante alibi declarabimus. Nos uero eorũ insipiẽtiã, atq; stultitiã euitantes ,p reparatione chr̃i tẽpli, ac ,p eius ecclesię dedicatiõe & cuiuscũq; fidelis fuisse factũ asseremus. Iuxta illud soluite templum hoc &c. Cætera omiã ex teipso intelliges, qm̃ non expositoris (ut prædiximus) sed interpretis officio fungi hac in parte proposuimus. מספרי

¶ Titulus psalmi trigesimi primi.

¶ Vincenti [1] psalmus dauid.

Psalmus trigesimus primus.

1 IN te domine speraui non confundar in æternum, in iustitia tua eripe me.

2 Inclina ad me aurem tuam celeriter eripe me, esto mihi in lapidem fortitudinis & in domum propugnaculi [2] ut salum me facias.

3 Quoniã rupes mea & turris [3] mea tu, & propter nomen tuum diriges me & deduces [4] me.

4 Educes me de rete quod absconderunt mihi, quoniam tu fortitudo mea.

5 In manu tua cõmendabo spiritum meum, redemisti me domine deus ueritatis.

6 Odi [5] obseruantes uanitates uanitatis, ego autem in domino speraui.

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] Turrium.
[3] Munimentum.
[4] Et enutries me.
[5] Odi expectãtes uanitates. i. q expectant responsa pythonum & similium.

7 Exultabo & lætabor in misericordia tua, qm̄ respexisti afflictionē meā,cognouisti in tribulatiōibus aīam meā.

8 Et non cōclusisti me in manu inimici, statuisti [6] in lati tudine pedes meos.

9 Miserere mei domine qm̄ tribulatio mihi, caligauit [7] in dolore oculus meus,anima mea & uenter meus.

10 Quoniā [8] defecerūt in anxietate uitæ meæ,& anni mei in gemitu, corruit in delicto meo uirtus mea, & ossa mea contabuerunt.

11 Ab omnibus [9] tribulantibus me factus sum opprobrium,& uicinis meis ualde, & timor notis meis, uidentes me foras recesserunt [10] a me.

12 Traditus sum obliuioni tanq̄ mortuus a corde, factus sum sicut uas tendens [11] in perditionem.

13 Quoniā audiui infamiā [12] multorū, timor circūquaq;, dum ineunt consilium simul aduersum me, ut perdāt [13] animam meam cogitauerunt. [14]

14 Ego aūt in te speraui dn̄e,dixi deus meus es tu.

15 In manu tua tempora mea,eripe me de manu inimicorum meorum,& a persequentibus me.

16 Illustra [15] faciem tuam super seruum tuum, saluū me fac in misericordia tua.

17 Domine ne confundar qm̄ inuocaui te, confundantur impii sileant [16] in inferno,

18 Obmutescant labia falsitatis,quæ loquuuntur super iustum graue, [17] cum superbia & abusione.

19 Quā [18] magna bonitas tua quā abscōdisti timētib⁹ te, operatus es,p cōfidentibus in te in cōspectu filiorū hoīs

20 Occultabis eos in secreto uultus tui a sup̄bia [19] uiri, abscondes eos in tugurio a contentione linguarum.

21 Benedictus dn̄s, qm̄ mirificauit [20] misericordiam suā mihi,in ciuitate munitionis. [21]

22 Ego autem dixi in præcipitatione [22] mea proiectus sū a conspectu oculorū tuorū,uerūtamen [23] exaudisti uocem deprecationū mearum,dum clamo ad te,

23 Diligite dn̄m omnes sancti [24] eius, fideles custodit dominus,& retribuit superabundanter faciēti superbiam.

24 Viriliter agite & confortabit cor uestrum, omnes expectantes dominum. [25]

[9] Oībus tribulātibus me fui.

[10] Migrauerunt uł amoti sunt.

[12] Vituperationē.

[18] q̄ m̄ltiplicata ē.

[23] Certe.

[25] Sperātes ī dn̄o.

[6] Locasti fecisti sta re.

[7] Corrosus est p̄r amaritudīe uł ira.

[8] Qm̄ defecit in anxietate uita mea & anni mei ī suspirio infirmata ē p̄ delictū fortitudo mea & ossa mea corrosa sunt.

[11] Sicut uas p̄dens .i.fractum.

[13] Vt accipiant.

[14] Impiā cogitatiōnē cogitauerūt.

[15] Illumina,

[16] Taceāt p̄ima[...]

[17] Robustū iniquū superbiā uetus quæ non est.

[18] Ab arrogantia uel congregationibus.

[20] Segregauit.

[21] Fortitudinis.

[22] In festinatione mea excissus sum

[24] Misericordes ei⁹ ꝟitates custodit dn̄s & punit cū fune uel sup ne.i. cū sagittis ponunt in funeciente sup̄biā soluit iuxta mensuram facientibus.

ℭ Titulus psalmi trigesimi secundi.

ℭ Dauid prudens.[1]

Psalmus trigesimus secundus.

1 Beatus cui[1] remittit trāsgressio, & cui tegit̄ pc̄tm̄.

2 Beatus homo cui nō imputabit dn̄s delictum, nec est in spiritu eius fraus.[3]

3 Qm̄[4] tacui inueterauert̄ ossa mea, i rugitu meo tota die.

4 Qm̄ die ac nocte aggrauata[5] est sup me manus tua im mutatus[6] est humor meus in siccitates æstatis, sela.

5 Peccatū meū notū tibi feci & delictum meum nō ope rui, dixi cōfitebor super transgressionibus meis domino, & tu abstulisti[7] iniquitatem peccati mei, sela.

6 Pro hac[8] orabit ois sanctus ad te i tpe iueniēdi, qppe[9] in inūdatiōe aquarū multarū ad eū nō approximabūt.

7 Tu secretum mihi, a tribulatione custodies me, canti cis[10] liberati circundabis me, sela.

8 Intellectum[11] tibi dabo & docebo te, in uia qua ambu labis innuam super te oculo meo.

9 Ne sitis sicut equus sicut mulus in quibus nō est[12] intel lectus, in chamo & freno maxillam[13] eius ut cōstringas, ne appropinquet ad te.

10 Multi dolores impio, sperantem autem in domino mi sericordia circundabit eum.

11 Lætamini in domino & exultate iusti, & iocundamini omnes recti corde.

[1] Eruditiuū, solita rius uel prudens.

[1] Btūs eleuat⁹ a trans gressiōe & tect⁹ a pec cato, ul' laudes & bea titudines.

[3] Dolus.

[4] Cū cogitarē i silētio delicta mea inuetera rauerūt ossa mea prę multitudine anxieta tis, & ideo rugiui &c.

[5] Aggrauauit.

[6] Cōuersa uel euersa est pinguedo mea, & humidū meū i siccita tes ul' cū siccitatib⁹ .i. factus sū macilentus & exsiccatus ac si po situs fuissem ad radiū solis in æstate.

[7] Eleuasti, portasti remisisti.

[8] Id est remissione.

[9] Uerūtamē.

[10] Cantica erepti. s. ca nā cū circūdabis me, ul' canticū meū eripe.

[11] Faciam te in telligere.

[12] Non est in telligere.

[13] Ornamētū eius.

משכיל

Titulus istius psalmi unicam habet dictionē hactenus mi nime expositam quā quidem aliqui dicūt significare quod dam instrumentum musicum apud nos his temporibus incognitū, quod hoc nomie nuncupabat̄. Alii uero dicūt significare interpretem, qm̄ hos psalmos in quibus hęc di ctio ponitur. s. maschil, per interpretem cōposuit. Nā ipse materiam a spiritu sancto habuit, & eam aliis tradidit iu xta eorū sententiam, ut psalmos cōponerent. Alii uero (ut habet chaldaica translatio) intellectum bonum dicunt si gnificare uel prudentiā bonam, & doctrinam, & eruditio nem. Alii uero sterilitatem siue solitudinē afferunt signifi care, & quasi dixerit solitarium, uel sterilem, uel filiis orba tum. Quę quidē omnia significata q̄ optime cum doctorū nostrorū sententia cōueniant quæ omnia dauitica carmi na christo nostro capiti, atq; eius fidelibus membris ratio nibus ualidis attribuit, ex te ipso cōsidera. ¶ Id uero aiad uertendū est, q. n̄ uersus antepenultimus alio modo trans

fertur, sic ne sitis sicut equus, sicut mulus, non est intellige re, in chamo & freno ornamentum suũ, ut claudas. i. quos scilicet equũ & mulum si uolueris ornare decoroseq; red- dere, opus est ut constringas os eorum cum chamo & fre no ne approximent ad te.

Psalmus trigesimus tertius.

[1] Trepidate.
[3] In psalterio & in str̃o decẽ cordarũ uulgariter dicitur uiola.

1 EXultate [1] iusti in dño, rectis decora est [2] laus.
2 Celebrate dñm in cithara in nablo [3] & decachordo psallite illi.
3 Cantate ei canticũ nouũ, bene psallite [4] cũ iubilatiõe.
4 Quoniam rectum uerbũ dñi, & omne opus eius in fide.
5 Diligit iustitiã & iudiciũ, misericordia dñi plena ẽ terra
6 Verbo dñi cœli facti sũt, & spũ oris ei[9] oĩs uirtus eorũ.
7 Congregans [5] sicut cumulum aquas maris, ponens in thesauris [6] abyssos.
8 Timeat [7] dominũ omnis terra, paueant ab eo omnes habitatores orbis terrarum.
9 Quoniam ipse dixit & fuit, ipse præcepit & stetit.
10 Dominus dissipauit consilium gentium, ammouit [8] cogitationes populorum.
11 Consiliũ dñi in æternum permanebit, cogitatiões cor dis eius in generatione & generationem.
12 Beata gens cuius est dñs deus eius, populus quem ele- git in hæreditatem sibi.
13 De cœlo respexit dñs, uidit oñes filios hominis.
14 De habitaculo sessionis [9] suæ, prospexit omnibus [10] ha bitatoribus terræ.
15 Qui format [11] simul cor eorũ, qui ĩtelligit oĩa opa eo℞.
16 Non rex saluatur in multitudine exercitus, [12] gigas nõ eripietur multitudine uirtutis. [13]
17 Fallax [14] equus ad salutem, & in multitudine roboris [15] sui non liberabit.
18 Ecce oculus domini erga timentes eum, ad eos qui spe rant in misericordia eius.
19 Vt eripiat a morte aĩam eo℞, & ut uiuificet illos ĩ fame
20 Aĩa nr̃a expectauit dñm, auxiliũ nr̃m & scutũ nr̃m ipe.
21 Quoniam in ipso lætabitur cor nostrum, quia in nomi ne sanctitatis eius sperauimus.
22 Fiat [16] misericordia tua domine super nos, quẽadmo- dum sperauimus in te.

[2] Formosa est re- ctos decet.
[4] Facite bonã me lodiã, & tripudiũ cũ iubilatiõe mu sicis instrumentis bene canere.
[5] Cõgregãs uelut in cumulo.
[6] Dans in celariis abyssos.
[7] Timete dñm oĩs terra.
[8] Prohibuit.
[9] Habitatiõis ei[9].
[10] Prouidit. i. proui dentiã habuit, ut respexit oẽs habi tatores.
[11] Qui fingit.
[12] Roboris.
[13] Roboris.
[14] Fallitas equus ad salutem.
[15] Exercitus.
[16] Sit quẽadmodũ expectauimus te.

Titulus psalmi trigesimi quarti.

Dauid dum mutaret ipse gustum [1] suũ in cõspectu Abimelech, & expulit ipsum & abiit.

[1] Disciplinã, ritũ, regulã ordinationẽ loquam suam in exiliũ misit eum.

Psalmus trigesimus quartus.

1 Benedicã dñm in oĩ tpe, semp [2] laus eius in ore meo.
2 In dño laudabit[3] aĩa mea, audiãt hũiles & lætent.
3 Magnificate dñm mecũ, & exaltemus nomẽ ei⁹ simul [4]
4 Exquisiui dominum & rñdit mihi, & ex omni [5] pauore meo eripuit me.
5 Respexerunt ad ipsum & cucurrerunt [6], & uultus eorũ non confundentur.
6 Iste pauper clamauit & dominus exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
7 Morat[7] angel⁹ dñi ĩ circuitu timẽtiũ eũ, & eripuit [8] eos
8 Gustate & uidete qñ bonus dominus, beatus uir qui cõfidet in ipso.
9 Timete dñm sancti eius, qm̃ nihil deest timẽtibus eũ.
10 Catuli leonũ inopes [9] facti sunt & esuierũt, inquirẽtes autem dominum non indigebunt [10] omni bono.
11 Venite [11] filii audite me, timorem dñi docebo uos.
12 Quis est uir qui uult uitã, diligit dies ut uideat bonũ.
13 Custodi linguã tuã a malo, & labiũ tuũ ne loquat dolũ,
14 Declina a malo & fac bonũ, inquire pacẽ & seq̃re illã.
15 Oculi dñi erga iustos, & aures eius ad clamorẽ eorum.
16 Vultus [12] dñi in facientes malũ, ut succidat de terra memoriam eorum.
17 Clamauerunt & dominus exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
18 Prope [13] est dñs cõfractis corde, & cõtritos spũ saluabit.
19 Multa mala iusto, & de oĩbus his liberabit eũ dñs.
20 Custodit oĩa ossa eius, unũ ex his nõ est fractum.
21 Occidet ĩpiũ malitia, & odio hñtes iustũ desolabunt [14]
22 Redimit dñs animas seruorum eius, & non desolabuntur [15] omnes confidentes in eo.

[2] Cõtinue, iugiter.
[3] Gloriabitur.
[4] In unum.
[5] Ex omnibus trepidationibus meis.
[6] Et confluxerunt, siue & illustrati & illuminati fuerunt.
[7] Quiescit castrametatur.
[8] Et eripiet eos.
[9] Depauperati sunt.
[10] Deficient.
[11] Præparamini filii.
[12] Ire.
[13] Proxim⁹ est dñs cõfractis corde, & cõtritos spiritu saluabit.
[14] Destruentur.
[15] Pœnitebit.

Titulus psalmi trigesimi quinti.

Dauid. Psalmus trigesimus quintus.

1 Contende cum contẽdentibus mecum, præliare cũ præliantibus mecum.
2 Apprehẽde [1] scutũ & spiculũ [2], & exurge in auxiliũ meũ.

[1] Corrobora fortifica.
[2] Sudem lanceam, uel hastam.

Titulus psalmi uigesimi primi.

Vincenti [1] psalmus dauid.

Psalmus uigesimus primus.

1 Domine in uirtute [2] tua lætabitur rex, & in salute tua q̃ exultabit [3] uehementer.

2 Desiderium cordis eius dedisti ipsi, & prolationem labiorum eius non prohibuisti, sela.

3 Quoniam præuenies [4] eum benedictionibus bonitatis, pones in capite eius coronam obrizi.

4 Vitam petiit a te, dedisti ei longitudinem dierum in seculum & semper.

5 Magna gloria eius in salute [5] tua, gloriam & decorem impones super eum.

6 Quoniam pones eum benedictiones in æternum, lætificabis eum in lætitia cum uultu tuo.

7 Quoniam rex sperat in domino, & in misericordia altissimi non commouebitur.

8 Inueniat [6] manus tua om̃es inimicos tuos, dextera tua inueniat odio habentes te.

9 Pones eos ut clibanum ignis in tẽpore iræ [7] tuæ dñe, in ira sua opprimet eos, & deuorabit eos ignis.

10 Fructũ eorũ de terra perdes, & semen eorũ a filiis hoĩs.

11 Quoniam proiecerunt sup te malũ, cogitauerunt [8] cõsilium quod non potuerunt.

12 Q m̃ [9] sepones eos, cũ neruis tuis diriges in uultus eorũ.

13 Exaltare domine in uirtute tua, cantabimus & psallemus potentiam tuam.

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] In fortitudine.
[3] q̃ letabit̃ ualde. i. q̃ ualde letabitur.
[4] Pręuenies illũ bñdictionibus boni.
[5] In salutatiõe tua celebrationem uł laudẽ. s. impones.
[6] Inueniat manº tua ab oĩbus inimicis tuis.
[7] Vultus tui.
[8] Cogitauerũt scelus uel cogitationẽ, nõ potuerũt. s. illam facere.
[9] pones eos ptẽ uł dorsũ. i. separabis eos a iustis cũ funibus tuis. i. cũ sagittis q̃ ponunt̃ in funibus arcus diriges &c.

Titulus psalmi uigesimi secundi.

Vincenti [1] super ceruã auroræ psalmus dauid.

Psalmus uigesimus secundus.

1 Deus meus deus meus quare dereliquisti me, lõge [2] a salute mea uerba rugitus mei.

2 Deus meus clamabo per diem & non respõdebis, & nocte, & non silentium mihi.

3 Et tu [3] sanctus, inhabitans, laudes israel.

4 In te sperauerũt pr̃es nr̃i, sperauerũt & liberasti eos.

5 Ad te clamauerunt & erepti sunt, in te sperauerũt & nõ fuerunt confusi.

6 Ego autem uermis & non uir, opprobrium hominis & abiectio plebis.

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] Longinquus a salute mea cũ audias ỽba rugitº mei.
[3] Tu aũt sancte p manes, uł habitas uł sedes.

7 O mnes uidentes me subsannabūt me, aperient [4] labia mouebunt caput.

[4] Deludent me aperient cum labio ul' erū pent in sermone.

8 C ircūuoluit [5] ad dominum eripiet eum, liberabit eum quoniam dilexit [6] ipsum.

[5] Cōfugit uel exultet ul' circūdet ad dñm. s. orationem suam.

[6] Cōplacuit ī ipso.

9 Q uoniam tu extrahens me de uentre, sustentans [7] me super ubera matris meæ.

[7] Dans mihi spem

10 S uper te proiectus sum ex uulua, ex utero matris meæ deus meus tu.

11 N e elongeris a me quoniam tribulatio proxima, qm̄ non est qui adiuuet.

12 C ircundederunt me tauri multi, tauri bassan circunde derunt me.

13 A peruerūt super me os suū, leo [8] rapiens & rugiens.

[8] Sicut leo.

14 S icut aqua effusus sum, & dispersa sunt oīa ossa mea, factum est cor meum sicut cera liquescens [9] in medio intestinorum meorum.

[9] Liquefiēs uel lique facta.

15 A ruit tanq̄ testa uirtus mea, & lingua mea adhesit fau cibus meis, & in puluere mortis repones [10] me.

[10] Deduces me. i. inter labia, id est. latera sepulchri.

16 Q m̄ circundederūt me canes, congregatio malignan tiū circūdedēt me, foderūt [11] man9 meas & pedes meos

[11] Sicut leo.

17 N umerabo [12] omnia ossa mea, ipsi considerabunt, tor uum respicient [13] in me.

[12] Narrabo oīa ossa. i. pcussiones ossium.

[13] Torue respiciēt ul' despiciēt me.

18 D iuident uestimenta mea sibi, & super uestem meam proiicient sortem.

19 T u autem domine ne elongetis, fortitudo mea in auxi lium meum festina.

20 E ripe a framea animā meā, de manu canis unicā meā.

21 S alua me ex ore leonis, & [14] a cornibus unicornium re spondisti mihi.

[14] Nāq; ī cornib9 unicorniū humiliasti uel afflixisti me.

22 N arrabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccle siæ laudabo te.

23 T imentes dominum laudate eum, omne semen iacob glorificate [15] eum, & expauescite ab illo oē semen israel.

[15] Honorificate.

24 Q uoniam non despexit, neq; abominatus est humilita tem [16] pauperis, neq; abscondit faciem suam ab illo, & dum clamaret ad eum exaudiuit.

[16] Afflictionē, orationē, responsionem.

25 E x te [17] laus mea in ecclesia magna, [18] uota mea reddā coram timentibus eum.

[17] De te.

[18] Multa.

26 C omedent humiles [19] & saturabuntur, laudabunt do

[19] Mansueti.

minum inquirentes eum, uiuet cor uestrum in æternũ.

27 Reminiscentur [20] & conuertentur ad dñm omnes fines terræ, & genua [21] flectent corã te uniuersæ stirpes gẽtiũ.

28 Q m dñi [22] est regnum, & dominabitur in gentibus.

29 Manducauerũt & genua flexerunt omnes pingues terræ, coram ipso adorabũt omnes descendentes in puluerem, quoniam [23] animam suam non uiuificauit.

30 Semen seruiet ipsi, narrabit [24] domino in generatiõe.

31 Venient & manifestabunt iustitiam eius, populo genito quoniam fecit.

[20] Reminiscantur & reuertantur.
[21] Et adorabũt uel adorent.
[22] Dño uel a dño.
[23] Et animã suã.
[24] Numerabit domino ꝑ gñatione.

אילת השחר Huius psalmi uigesimi titulus duas habet dictiões hactenus minime expositas, quas ceruam auroræ interpretati sumus, atq; a diuersis auctoribus diuersimode expositas reperi. Nam chaldaica expositio super fortitudinẽ oblationis quotidianæ habet. & sic prima dictio fortitudinẽ significabit. Secũda uero diluculũ, seu aurorã, seu quotidianã, seu inuestigationẽ antelucanã, uel matutinã. Alii uero pro stella matutina, quã nos uenerem appellamus interp̃tant. Alii uero nomen instrumenti asserunt esse. Alii uero pro cerua auroræ siue claritatis uel splendoris interp̃tari minime dubitãt, cũ in canticis q̃ pluries ecclesiæ sponsus ceruo saltanti sup montes & damæ assimilet. ¶ Tu uero quicũq; es qui legis iuxta psalmi seriem & materiã, omẽs has significationes chri passioni splẽdori, morti, & resurrectioni, necnon ipsius uictoriæ accõmoda. Verũ id q̃d te latere minime uelim, q̃m iudæi in sua pristina persistẽtes prauitate nunq̃ desistũt mordere christianos quoscũq; interp̃tes, ob sexti decimi uersus huius psalmi interp̃tationẽ. nã dicunt ꝙ ubi nos habemus Foderũt, in hebræo ponit dictio

כארי caari, quã quidẽ dicunt significare sicut leo, atq; similẽ modum loquendi adducũt ex capite trigesimo octauo Ysaiæ prophetæ, sicut leo sic conteret oĩa ossa mea. Verũ id q̃d ꝑ

כארי se adducũt non parũ christianorũ auctoritati confert, q̃m in hoc psalmo iuxta hanc dictionẽ, caari, glosa hebræa habet hæc uerba. Bis tm̃ i sacra scriptura reperit hæc dictio .s. hic, atq; in ꝑnomĩato loco, & in duplici significato. Quærã nunc ab hebræis, si bis tm̃ hæc dictio repit, & in duplici significato, q̃d nã significatũ hic habebit. nã cũ in ꝑnominato loco significet sicut leo, oportet ut hic aliquid aliud significet, quid aũt significare poterit p̃ter id q̃d nostri interpretati sunt .s. foderũt. ¶ Quippe sæpissime cõtingere solet in sacra scriptura, ut in plerisq; dictionibus, litera aliqua ponat sup flua, ita ꝙ nihil faciat ad dictionis sensum, uerũ propter aliq̃d arcanũ, seu mysteriũ nobis incognitũ ponitur, & multotiens, ut supius diximus, ponat una litera pro

altera, ut patet scientibus idioma hebræũ, idcirco nõ incongrue dicemus, positũ fuisse, caari, pro caru, iuxta pannotata supius. s. caari, scribit, & caru legit, qđ sæpissime in sacræ scripturæ codicibus accidit. Nã multotiens literæ sine punctis, ita q̃ nõ pronũcient aliquo modo, neq; sint de essentia dictionis. Multotiens puncta sine literis, & pnunciant literæ, licet ibi nõ ponãt, acsi essent ibi reperiunt. Hoc autẽ totũ manifestũ est nõ ignaris literaturæ hebraicæ. Cur autẽ factũ sit, altioris est mysterii. Memini eñ (testor deũ) me uidisse quendã librũ habentẽ in glosa caru, cui nõ minorẽ auctoritatẽ cõferunt, q̃ ipsi textui, quod etiã plurimi iudæorum fatent, iuxta id superius dictum, caru legit, & caari scribit. Verũ forte positũ est, aleph, supfluũ, qm̃ sm̃ cabalisticos altius speculantes, litera aleph idẽ importat scđm numerũ quod nomen tetragrãmaton, & litera iod, prima est lrã ipius nõis tetragrãmaton, cõtinens in uirtute totũ nomen, ut patet per eosdẽ caballisticæ artis auctores. Hoc aũt totũ cõtemplari, alterius est artificis. Nãq; in hoc psalmo tota christi passio, descensus ad inferos patet, psertim ubi dicit. Et animã suam nõ uiuificauit, necnõ conuersionẽ oĩm gentiũ ad christi fidẽ manifestauit dicens, Semen seruiet ipsi, narrabitur dño. i. illud semen narrabit dño in generatione uel numerabit dño pro generatiõe, ubi chaldaica expositio dicit Semen ipius Abrahæ seruiet corã ipso, manifestauit uirtutẽ potẽtiæ dñi generationi ultimæ, reuertent filii eorũ & dabunt iustitiã eius, populo eius q̃ futurus est ut regnet, miracula quæ fecit, & pleraq; alia hic ponit chaldaica expositio christi passioni ac triumpho ad modum cõgruentia, quæ causa breuitatis omitto.

ברו

א

יהוה

Titulus psalmi uigesimi tertii.

Psalmus dauid. Psalmus uigesimus tertius.

DOminus pastor meus, non deficiam.

2 In habitaculis [1] germinis accũbere me faciet, iuxta aquas [1] placidas deducet [2] me.

3 Animã meam restituet [3] diriget me per semitas iustitiæ, propter nomen suum.

4 Etiam cum [4] ambulauero per uallem tenebrosam, nõ timebo malum qm̃ tu mecum, uirga tua & pedũ tuum, ipsa me consolabuntur.

5 Ordinabis [5] in conspectu meo mensam aduersus [6] tribulantes me, impinguasti in oleo [7] caput meum, calix meus superabundans. [8]

6 Verũtamen [9] bonitas & misericordia sequentur me oĩbus diebus uitæ meæ, & [10] quiescam in domo domini in

[1] In pulchris amœnis.
[1] Sup aq̃s regei. i. ubi libenter requiescunt homines.
[2] Nutriet, sustẽtabit.
[3] Refocillabit, & est illius qui laborauit in agonia quietauit.
[4] Si ambulauero per uallẽ umbræ mortis.
[5] Preparabis.
[6] Corã tribulãtibus.
[7] Impinguasti oleo.
[8] Inebriãs. i. plenus, ut quilibet possit extinguere sitim.
[9] Certe.
[10] Cũ cõuertar, uel reuertar, ut reuersus fuero in domum dñi.

longitudinẽ dierũ. ℂ Titulus psalmi uigesimi quarti.

ℂ Dauid psalmus.

Psalmus uigesimus quartus.

1 DOmini est terra & plenitudo eius, orbis [1] terrarum & habitantes in ea.

2 Quoniam ipse super maria fundauit eam, & super flumina stabiliuit eam.

3 Quis ascẽdet [2] in mõtem domini, aut quis exurget [3] in loco sanctitatis eius.

4 Innocens manibus [4] & mũdus corde, qui [5] non accepit in uano animam suam, & non iurauit in fraude.

5 Accipiet bñdictionẽ a dño, & iustitiã [6] a deo salutis suæ

6 Hæc est generatio quærentiũ eũ, inquirentes [7] faciem tuam iacob, sela.

7 Attollite portæ capita uestra, & eleuamini [8] ianuæ æternitatis, & introibit rex gloriæ.

8 Quis est iste rex gloriæ, dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.

9 Attollite portæ capita uestra & [9] eleuamini ianuæ æternitatis, & introibit rex gloriæ.

10 Quis est iste rex gł̃iæ, dñs uirtutũ ipse rex gloriæ. sela.

Quam manifeste iudæorũ insipientiã, ignauiã, atq̃ stultitiam, Dauid propheta in hoc psalmo detegat, aperiat, necnon manifestet, testat̃ chaldaica expositio in ultimis uersibus huius psalmi dicẽs. Erigite portæ domus sanctitatis capita uestra, & eleuamini excelsa æternitatis, siue seculi, Erigite portę paradisi, ortus deliciarũ, capita vr̃a & eleuẽtur excelsa ęternitatis, uel erigant̃ gradus æternitatis, uel portę in ęternũ, & ingrediat̃ rex gł̃ię. Vbi postq̃ in uigesimo scd'o psalmo chr̃i passionẽ, ac eius resurrectionẽ, & gẽtiũ cõuersionẽ narrauit. Et in uigesimo tertio eccl'iæ gaudiũ ob ip̃ius uictoriã exp̃ssit. In hoc uigesimo quarto dñium eius, necnõ cœlorũ aditũ & ingressum patefecit. ¶ Aduertẽdũ est q̃ in q̃rto v̾su dictio aĩam suã, põt legi anĩam meã, & r̃fert̃ ad deũ. Nã legit̃ aĩam suã, & scribit̃ aĩam meã

ℂ Titulus psalmi uigesimi quinti.

ℂ Dauid. Psalmus uigesimus quintus.

1 AD te domine, animam meam leuabo. [1]

2 Deus me [9] in te cõfisus sũ ne cõfundar, [2] ne lętẽtur inimici mei super me.

3 Etiam omnes expectantes te non erubescent, erubescẽt præuaricantes sine [3] causa.

---

[1] Habitabile.

[2] Direxit, p̃parauit

[3] Consurget.

[4] Palmis.

[5] Qui nõ iurabit i uano aĩam meam

[6] Gr̃am uel elemosynã, q̃d. n. gratis dat̃ cũ misericordia zedaca dicit̃.

[7] Iacob. i. domus Iacob.

[8] Et accipe portas in æternum uel seculi.

[9] Et accipite portas æternitatis uel i æternũ. uel attollite ianuæ æternitatis s. capit...

בנפשׁ

[1] Leuabo scilicet in oratione.

[2] Ne cõfundar ne iocũdetur mihi. i. propter me.

[3] Frustra.

4 Vias tuas dñe notas fac mihi,semitas tuas doce me.
5 Dirige me in ueritate tua,& doce me,quoniam tu deus salutis meæ,te expectaui tota die.
6 Reminiscere miserationũ tuarũ domine,& misericordiarum tuarum,quoniam [4] a seculo sunt.
7 Peccatorũ iuuentutis [5] meæ,& transgressionũ mearum
8 ne reminiscaris,s͞m misericordiam tuam reminiscere [6] mei tu,propter bonitatem tuam domine.
9 Bonus & rectus dñs,ppterea docebit pctõres in uia.
10 Diriget mãsuetos in iudicio,& docebit hũiles [7] uiã suã
11 Omnes semitæ domini misericordia & ueritas,custodientibus fœdus [8] eius,& testimonia eius.
12 Propter nomen tuum domine,& parces [9] delicto meo, quoniam multum est.
13 Quis est uir timẽs dñm,docebit [10] illũ uiã quã eliget.
14 Anima eius in bono dormiet, [11] & semen eius hæreditabit terram.
15 Secretum domini timentibus eum, & fœdus eius ut faciat illos cognoscere. [12]
16 Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse educet ex rete pedes meos.
17 Respice in me & miserere mei, quia unic⁹ & paup ego.
18 Tribulationes cordis mei dilatatæ [13] sunt, de angustiis meis educ me.
19 Respice afflictionẽ meam & laborem meum, & dimitte [14] omnia peccata mea.
20 Respice inimicos meos,quoniam multiplicati sunt, & odio iniquitatis oderunt me.
21 Custodi animam meam & eripe me, non erubescam, quoniam speraui in te.
22 Simplicitas [15] & rectitudo custodient me, quoniam expectaui te.
23 Redimet deus israel,ex omnibus angustiis meis.

[4] Quę ab ęterno sunt.
[5] Adolescentiarum.
[6] Memento mei ut. s. reddas mihi tu.
[7] Mites.
[8] Testamentum.
[9] Et tolles uł accipies uł portabis delictum meum, uel quamuis magnum sit.
[10] Docebit illũ in uia eliget. i. q eliget uel quam uiam eliget.
[11] Morabit.
[12] Cognoscere,id ẽ ut det intellectui eorum noticiã & sciẽtiam & speculationem.
[13] Dilatauerũt supple habitationem suam.
[14] Et porta om̃ia peccata mea.
[15] Innocentia.

℄ Titulus psalmi uigesimi sexti.

℄ Dauid. Psalmus uigesimus sextus.

1 Iudica me domine qm̃ ego in innocẽtia [1] mea ambulaui,& in domino speraui non elabar.
2 Proba me domine & tenta me, examina renes meos & cor meum.

[1] In simplicitate mea in perfectione mea.

3 Q uoniam misericordia tua ante oculos meos, & ambulaui in ueritate tua.

4 N ō sedi cū uiris uanitatis, & cū uersutis [1] nō ingrediar.

5 O di ecclesiam malignantiū, & cum impiis nō sedebo.

6 L auabo in munditia [3] palmas meas, & circūdabo altare tuum domine.

7 V t faciam [4] audire uocem laudis, & ut narrem omnia mirabilia tua.

8 D omine dilexi habitaculum refugii domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ [5] tuæ.

9 N e claudas [6] cum peccatoribus animam meam, & cū uiris sanguinum uitam meam.

10 Q uoniam [7] in manu eorum scelus, & dextera eorum repleta est largitione. [8]

11 E go autem in innocētia [9] mea ambulabo, redime me & miserere mei.

12 P es meus stetit in rectitudine, in ecclesiis bñdicā dñm.

[8] Cadẽt. ſ. ſagittæ tuæ acutę ĩ cor inimicorꝫ regis populi ſub te cadent.

[9] Ex tẽplis eboris ex qb⁹ lętificauerũt te, uł pluſq̃ tẽpla eboris ex me lętificauerũt uł ex tẽplis eboris plus lętificauerũt, uł mini nomẽ eſt ꝓuicia. i. ex tẽplis eboris mimi lętificauerũt, uł ex tẽplis eboris ex me. i. q̃ mea ſunt uł me. i. ꝓ me uł ꝓpter me uł de me lętificauerunt te.

[10] Palatiis uel precioſis.

[11] Ciuitas, regio pupilla.

[12] Variis coloribus elaboratis & ornatis quibuſdam ligamentis.

[13] Vulgariter dicitur recamatis, uel phrygianicis.

[14] In principes.

causam fidei & ueritatis & mansuetudinis & iustitiæ, &
docebit te dn̄s ut terrorē inferas cum manu dextera tua.
Sagittæ tuæ euaginatę ut occidas regiones, populi sub te
cadent, & filii arcus tui iniicient in cor inimicorū regis. Se
des gloriæ tuæ dn̄e stabilis in secula seculorū. Virga dire
ctionis uirga regni tui, qm̄ dilexisti iustitiā & odisti iniqui
tatē, propterea unxit te dn̄s deus tuus oleo lætitiæ prę cō
sortibus tuis, myrrha munda & uasa aloe & cassiæ omia
indumēta tua ex templis quæ ornant dente eboris de ter
ra mini lætificabunt te. Principes regni uenient ut recipi
ant uultū tuum, & honorificent te in tempore quo p̄para
bitur liber legis in latere dextræ tuæ, & scriptura in habi
taculis splendidis ophir. Audi congregatio israel legem
moris eius, & respice mirabilia operū eius, & inclina aurē
tuam ad uerba legis, & obliuiscere operū malorū impio-
rum populi tui, & domus erroris cui seruisti in domo pa-
tris tui, & in hoc concupiscet rex pulchritudinē tuam, qm̄
ipse dn̄s tuus & adorabis illum, & habitantes regionē tyri
munere uenient uultūq; tuum mane quęrent, omnis glo-
ria textoris diuitiæ principū thesauri regū qui custodiun
tur in secretis locis offerent sacerdotibus qui ornant au-
ro mundo indumenta sua. Cū indumentis diuersarū figu
rarū offerent sacrificia corā rege seculi & reliqui socii ei᷒
qui habitant uel disperguntur inter populos uenient cū læti
tia ad te in hierusalē, uenient cum lætitia & laude, & ascē
dent in templū regis seculorū. Pro patribus tuis erunt iu-
sti filii tui, pones eos principes in uniuersa terra. In tempo-
re illo dicetis recordabor nominis tui in omni generatio
ne & generatione, qm̄ etiā populi qui conuersi sunt ad fi-
dem sic celebrabunt te, & nomen tuū in seculū, & in secu
la seculorū. ¶ Animaduertāt nunc iudęi hunc psalmū p̄
rege Messia fuisse compositū. Animaduertāt ip̄m Messi-
am deū esse in uersu sexto. s. sedes tua deus. Vbi in noie de
us chaldaica translatio ponit nomē tetragrāmaton quod
nemini, ipsis testibus, attribuitur nisi soli deo. Aniaduertāt
cætera omnia quę ponuntur in psalmo & in translatiōe chal
daica errorē a quo hortatur eos discedere. ¶ Cæterū consi
derandū est ꝙ in titulo duæ sunt dictiones hactenus mini
me expositæ. Quarū alterā alii lilia interpretantur. Alii pro   שושנים
septuaginta iudicibus spiritu sancto plenis illam accipiūt,
alii nomen cuiusdā instrumēti musici asserunt, alii aūt pro
lætitia & iocunditate significare affirmāt. Alterā uero sci
licet iedidoth, alii dilectionē, alii laudem, alii confessionem   ידידות
interpretantur. Tu aūt iuxta ingenii tui uires omnes has si-
gnificationes accōmoda capiti nostro ac eius mēbris uel
ecclesiæ & cæteris gentibus. ¶ Animaduerte secūdo, qm̄   רחש
rachas prima dictio primi uersus, p̄prie significat cordis

locutionẽ cum nondũ ad os peruenit, & quærit cor illam emittere & circunuoluiẽ & moueẽ huc & illuc & uolutaẽ quęrẽs eã mittere ad os & p̃ lętitia qñq; neqt, ut uideẽtuer miculi facere cũ auferẽ operimentũ eorũ, siue terra, siue quodcunq; aliud cum fuerint in eo prius inclusi.

℄ Titulus psalmi quadragesimi sexti.

Danti æternitatem &c.

℄ Vincenti [1] filiorũ choræ sup occultis [2] canticũ.

[1] Pro iuuẽculis, uel uirginibus, uel iuuẽtute.

Psalmus quadragesimus sextus.

1 DEus nobis refugium & fortitudo, auxilium in tribulationibus inuentus [3] est ualde.

[3] Inueniemus nimis.

2 Propterea non timebimus dum cõmutabiẽ [4] terra, & dum labentur montes in cor maris.

[4] Permutabitur.

3 Strepitum [5] facient cumulabunẽ aquæ eius, cõcutienẽ montes in superbia [6] eius sela.

Magnificẽtia.

[5] Tumultuabunẽ uel cõturbabũẽ aquæ ei9 ipetuosẽ cõmouebuntur uel contremiscẽt montes.

4 Fluminis [7] eius riuuli lætificabunt ciuitatem dei, sanctum tabernaculorũ altissimi.

Flumẽ. s. egrediẽ uel effũdet riuulos q &c. uel fluĩs riuuli, uel flumen ei9 riuuli.

5 Deus in medio eius nõ cõmouebiẽ, adiuuabit eam deus in prospectu [8] auroræ.

[8] Iuxta prospectũ matutinum uel ad respiciendum mane.

6 Conturbatæ sunt gentes inclinata sunt regna, dedit uocem suam cõmota [9] est terra.

Defluxit contabuit.

7 Dñs uirtutũ nobiscũ, protectio nobis de9 iacob, sela.

8 Venite uidete opa dñi, qui posuit desolatiões [10] in terra

[10] Mirabilia.

9 Delens bella usq; ad extremum terræ, arcum conteret, & detruncabit lanceam, plaustra comburet igne.

10 Supersedete [11] & cognoscite qm̃ ego sum de9, exaltabor in gentibus exaltabor in terra.

[11] Deponite. s. idolatriã & ab opibus malis cessate uel relaxate

11 Dñs uirtutũ nobiscũ, protectio nobis deus iacob, sela.

עלמות

Titulus huius psalmi unicam habet dictionẽ aliquãtisper ambiguam, quã. s. interpretati sumus occulta, quã alii iuuẽculas, alii uirgines interpretanẽ. Alii uero nomen instrumenti musici esse asserunt. Verũ chaldaica translatio sic ait. Ad laudandũ per manus filiorũ chore in spiritu prophetiæ in tpe quo coopertus fuit pater eorũ ab illis, & illi erepti sunt & dixerũt canticũ. ¶ Nec minus aduertendũ est, id quod eadem translatio in secũdo atq; in quarto uersu dicit. Ait enim in secundo uersu, propterea non timebimus in tempore quo cõmutabunẽ patres ex terra cum labentur montes in pelagus maris magni. Et in quarto inqt populi uelut flumina, & scaturigines eorũ ueniẽt & lætificabunt ciuitatem dñi, & orabunt in domo sanctuarii dñi tabernaculorũ altissimi. ¶ Vbi considerandus est modus loquendi. s. sanctum tabernaculorũ altissimi. Nam uelim scire ab hebræis, quis est iste sanctus tabernaculorũ altissi

mi, quem chaldaica translatio deũ nomĩe tetragrãmaton nuncupauit. nã si deũ asserant, deus ergo erit sanctus dei, & deus erit minister sanctus tabernaculorũ suiipsius dei. Et sic minister & sanctus erit suiipsius, q̃d ualde absonum est. Nos aũt ipm filium coæqualem & cõsubstantialem & coæternũ patri in substantia indistinctum & inseparatũ, in persona uero separatũ ac distinctum dicemus qui cũ carnem humanã assumpsit sanctus & pontifex maximus tabernaculorũ altissimi (iuxta apostoli uerba) effectus est.

¶ Titulus psalmi quadragesimi septimi.

¶ Vincenti [1] filiorum chore psalmus.

[1] Effundenti sanguinem &c.

Psalmus quadragesimus septimus.

1 Omnes populi plaudite [2] manibus, iubilate deo in uoce iubilationis.

2 Quoniam dominus excelsus terribilis, rex magnus super omnem terram.

3 Cõprimet [3] pp̃los sub nobis, & regna sub pedibus nr̃is.

4 Seliget [4] nobis hæreditatem nostram, magnificẽtiam iacob, quem dilexit. sela.

5 Ascendit deus in iubilatione, dñs in uoce tubæ.

6 Psallite deo psallite, psallite regi nostro psallite.

7 Quoniam rex omnis terræ deus, psallite [5] prudenter.

8 Regnauit deus super gentes, deus sedit super sedẽ sanctitatis eius.

9 Principes populorũ cõgregati sunt, populus dei abraã, q̃m dei protectores [6] terræ, nimis exaltatus est.

[2] Percutite palmã uł pulsate cũ palma uł tangite palmã. i. date manum alter alteri.
[3] Interimet.
[4] Eliget.
[5] Psallite unusquisq; prudens, uel intellectu bono, uł prudentia.
[6] Quoniã dei scuta terræ.

Velim minime silẽtio ptrãsire (ut nostri ac fidei aĩaduertant inimici) id q̃d chaldaica in ultimo huius psalmi uersu inquit trãslatio uidelicet. Principes populorũ cõgregati sunt populorũ qui credunt deo abraam nãq; coram domino scuta terræ, ualde exaltat⁹ est. Vbi populũ dei abraæ nõ amplius iudæos, sed gentiles nuncupat.

¶ Titulus psalmi quadragesimi octaui.

¶ Canticum psalmi filiorum chore.

Psalmus quadragesimus octauus.

1 Magnus dñs & laudatus [1] ualde, in ciuitate dei nostri in monte sanctitatis eius.

2 Formosa [2] nympha lætitia totius terræ mons syon, latera aquilonis ciuitas regis magni.

3 Deus in palatiis [3] eius notus est, in protectionem.

4 Quoniã ecce reges cõgregati sunt, transierũt simul.

5 Ipsi uiderũt sic admirati sũt, cõturbati sũt pcipitati sũt.

[1] Et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri mons sanctitatis eius.
[2] Pulchra regio pulchrum clima, pulchra sponsa.
[3] Significat ppriе palatia magna & munita.

6 T remor apprehendit illos ibi, dolor sicut parientem.
7 C um uento noto [4] conteres naues tharsis.
8 S icut audiuimus sic uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei nostri, deus diriget illam usque in æternum. sela.
9 E xpectauimus deus misericordiã tuã, ĩ medio tẽpli tui.
10 S ecundũ nomen tuum deus, sic & laus tua sup extrema terræ, iustitia plena est dextera tua.
11 L æteť mons syon exultẽt filiæ iudæ, ppter iudicia tua.
12 C ircũdate syon & circuite eam, numerate turres eius.
13 P onite cor uestrũ ad murũ [5] eius, exaltate [6] turres eius, ut enarretis in generatione nouissima.
14 Q uoniam hic deus, deus noster, ipse diriget nos per iuuentutem.[7]

Ad antemu[rale] eius uel ad [mœ]nia.

4 Cũ spũ uehementi uel australi.

6 Vel palatia eius ela ta sunt.

7 Iuxta mortẽ, uľ pe detẽrim ut pueri diri guntᵣ a mrĩb⁹ uľ ĩ die bus nrę pcussiõis uel ĩuuenili ętate nos prę seruabit.

Ⅽ Titulus psalmi quadragesimi noni.

Ⅽ Vincenti [1] filiorum chore psalmus.

[D]anti æternita[te]m &c.

Psalmus quadragesimus nonus.

1 A Vdite hoc omnes populi, auribus percipite oĩes inhabitantes tempus [2].
2 E tiam filii adam etiam filii uiri, simul diues & paup.
3 O s meum loqueť sapientiã [3], & meditatio [4] cordis mei intelligentiam.
4 I nclinabo ad prouerbium aurem meam, aperiam cũ cithara ænigma meum.
5 C ur timebo in diebus mali, iniquitas [5] calcanei mei circũdabit me.
6 Q ui confidunt in uirtute [6] sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriabuntur [7].
7 F rater [8] non redimens redimet uirum, & nõ dabit deo redemptionem eius [9].
8 E t erit pciosa [10] redẽptio aniæ eorũ, & cessabit ĩ æternũ.
9 E t [11] uiuet amplius in æternum, non uidebit foueam.
10 C um [11] uiderit ꝙ sapientes morienť, simul insipiens & stultus peribũt, & derelinquent alienis substantiã suã.
11 I ntimũ eorũ domus illorũ in æternũ, tabernacľa eoꝝ ĩ generatõe & generationeť, uocauerũt [13] noib⁹ suis terras.
12 E t homo in magnificentia nõ dormiet [14], similis factus est iumentis quæ exterminata fuerunt.
13 H æc uia illorũ insipiẽtia [15] illis, & posteri [16] sui ore eoꝝ current. sela.

[S]apientias.

[L]audabuntur.

[E]xpiationem.

Qñ uidebit.

Fiducia, uľ [s]inguedo.

1 Seculũ in q̃.s.tps cõsumať & circũuoluiť, sĩgñcat tps breue cito deficiens.
4. Locutio.

5 Iniquitates quę non ponderantur.
6 In fortitudĩe, uel substantia.
8 Vn⁹ uľ fratrẽ nõ redimẽs redimet uir.
10 Magnifica.
11 Vt uiuat ãplius ĩęternũ ñ uideat foueã.
13 Noĩa sua ĩ terris.
14 In honore nõ morabiť filis factꝰẽ q̃dru pedibus silẽtio missis, uľ siluerũt uel siles facti sunt.
16 Et post eos. i. q seqñť ore suo, uľ iuxta eos narrabũt uel cõplacebũt uľ uolent.

14 Velut oues in fouea positi sunt[17], mors depascet eos,& dominabuntur ipsis recti in mane,& fortitudiné[18] eorũ consumet fouea pro habitaculo suo.

15 Verũtamen deus redimet animã meam de manu foueæ,cum[19] acceperit me. sela.

16 Ne timeas cum diues factus fuerit uir,cũ[20] multiplicauerit gloria domus suæ.

17 Quoniã non in morte eius accipiet omnia,non descendet post ipsum gloria eius.

18 Quin potius[21] animæ suæ in uita sua benedicet,& celebrabunt te cum[22] benefeceris tibi.

19 Venies usq; in generationem patrum eius, usq; in æternum non uidebunt lumen.

20 Homo in magnificentia & non intelliget,similis factus est iumentis quæ[23] exterminata sunt.

[17] Submersi sunt.
[18] Et figura eorũ [...] faciat iueterascere [...] uel cõsumere fouea[...] .i.tãdiu manebũ[...] in iferno q̃ priu[...] cõsumat fouea & [...] ĩfernus q̃ eorũ for[...]ma uel q̃ fouea cõ[...]sumet formã eo[...] uel dolor eorũ,siue [...] afflictio ut faciat [...] ueterascere foueã, [...] uel ecõuerso, ex ha[...]bitaculo.i.p hita[...]culo qđ hẽbant,u[...] q̃ fouea erit habi[...]culum eorum.
[19] Qm̃ accipiet me.
[20] Qm̃ uidebit gloriam.
[21] Quoniam.
[22] Qm̃ bñfaciet tibi.
[23] In honore & non intelligit sicut iumẽta in silẽtiũ missa uel silẽs facti sunt.

Titulus psalmi quinquagesimi.

Psalmus Asaph[1].

Psalmus quinquagesimus.

1 Deus deus[1] dominus locutus est & uocauit terram, ab ortu solis usq; ad occasum eius.

2 Ex syon pfecte[2] pulchritudinis, deus splẽdide apparuit.

3 Veniet[3] deus noster & nõ silebit, ignis in cõspectu eius deuorabit,& in circuitu eius turbine cõmot9 est ualde.

4 Aduocabit[4] cœlos desup, & terrã ut iudicet pplm suũ.

5 Congregate mihi sanctos[5] meos,pcutientes fœdus meum super sacrificium.

6 Et narrabũt cœli iustitiã eius,qm̃ deus iudex est. sela.

7 Audi popule meus & loquar, israhel & testificabor[6] in te deus deus tuus ego.

8 Non propter sacrificia tua arguam te, & holocausta[7] tua in conspectu meo semper.

9 Non accipiã de domo tua taurũ, de caulis tuis hircos.

10 Qm̃ mihi[8] oẽs bestiæ syluæ,q̃drupedes ĩ mõtib9 [9]mille

11 Cognoui omnia uolatilia montium ,& feræ[10] campi mecum sunt.

12 Si esuriero non dicam tibi,quoniam meus est orbis terrarum & plenitudo eius.

13 Nunquid manducabo carnem taurorum, & sanguinẽ hircorum potabo.

[1] Congregantis.
[1] Fortis.
[2] Specie uel ornamẽto pulchritudinis.
[3] Veniat de9 nr̃ [...] ne sileat.
[4] Vocet.
[5] Plenos misericordia & gratia.
[6] Contestabor.
[7] Qm̃ non dabi[...] .s. mihi.
[8] Qm̃ meæ sunt.
[9] Aleph secundũ quosdã nomen est proprium.
[10] Ziz significat oẽ aĩal siluestre.

14 Sacrifica deo cōfeſſionē,& redde altiſſimo uota tua.
15 Et uoca me i die tribulatiōis, eripiā te & gľificabis me.
16 Impio autē dixit deus quid tibi ut enarres ſtatuta mea, & aſſumas fœdus meum ſuper os tuum.
17 Tu aūt odiſti diſciplinā,& proieciſti uerba mea poſt te.
18 Si uidiſti furem & complacuiſti [11] cum eo,& cum fornicatoribus portio tua.
19 Os tuū miſiſti [12] in malū,& ligua tua cōiūget [13] fraudē.
20 Sedebis contra fratrem tuum loqueris, contra filiū matris tuæ dabis calumniam [14].
21 Hæc feciſti & tacui exiſtimaſti me futuꝶ fore ſimilem tibi,redarguā te & ꝑparabo [15] ante oculos tuos.
22 Intelligite nunc [16] hoc obliuiſcentes deum, nequando rapiam & non ſit eripiens.
23 Sacrificans laudē honorificabit [17] me, & qui poſuerit [18] itēr oſtendam ei ſalutem dei.

[11] Cucurriſti, uoluiſti.
[12] Dimiſiſti ad maliciam.
[13] Concinnabit dolū.
[14] Opprobrium.
[15] Ordinabo i ocu lis tuis.
[16] Obſecro.
[17] Glorificabit.
[18] Et illic iter faciam illū uidere in ſalute.

Titulus pſalmi quinquageſimi primi

Vincenti pſalmus dauid. Dum ueniret ad ipſum nathan propheta cum ingreſſus eſt ad bath ſabach.

Pſalmus quinquageſimus primus.

1 Miſerere [1] mei deus ſecundum miſericordiam tuam,ſecundum multitudinem miſerationū tuarum dele tranſgreſſiones meas.
2 Plurimū [2] lauā me ab iniquitate mea,& a peccato meo munda me.
3 Qm̄ trāſgreſſiōes [3] meas ego cognoſcā, & pc̄tm̄ meum coram [4] me ſemper.
4 Tibi [5] ſoli peccaui & malū in oculis tuis feci,ut iuſtificeris [6] cū locutus fueris,appareas mūdus cū iudicabis.
5 Ecce in iniquitate genitus [7] ſum,& in peccato cōcepit [8] me mater mea.
6 Ecce ueritatem dilexiſti in intentionibus, [9] & in occulto ſapientiam notam mihi facies.
7 Expiabis [10] me iſopo & mundabor,lauabis me & ſupra niuem dealbabor.
8 Facies me audire iocunditatem & lætitiam,exultabūt oſſa quæ contriuiſti.
9 Abſconde faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

[1] Gratiam cōcede uľ redde uel gratificare ubicūq; hoc v̈bū ſeu deriuata ab illo reperirit hoc idē ſignĩcat.
[2] Multū.i.etiam atq; etiam.
[3] Rebelliōes.
[4] Ex aduerſo mihi.
[5] Tibi ſoli tibi peccaui & illud malū &c.
[6] Purificeris uľ iuſtifices.ſ.me uel purifices.
[7] Enixa eſt me.ſ.mr̄ uľ cū dolores hēret ut me extra uteꝝ emitteret uľ cōcept⁹ ſum.
[8] Calefecit me .i.ꝑpe cōcepcionem.
[9] In renibus uel cogitationibus.
[10] Mundabis eradicabis peccatum.

10 Cor mundum crea in me deus, & spiritum [11] rectum renoua intra me.
11 Ne proiicias me a facie tua, & spiritum sanctitatis tuæ ne auferas [12] a me.
12 Redde mihi iocunditatem salutis tuæ, & spiritu [13] munifico sustentabis me.
13 Docebo transgressores uias tuas, & peccatores ad te conuertentur.
14 Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, cantabit [14] lingua mea iustitiam tuam.
15 Dñe labia mea apies, & os meū annūciabit laudē tuā.
16 Quoniam [15] non optabis sacrificium & dabo, holocaustum non diliges.
17 Sacrificia dei spiritus contritus, cor contritum [16] & humiliatum deus non despicies.
18 Bñfac [17] i uolūtate tua syō, & ædificabis mœnia hierl'm
19 Tunc optabis [18] sacrificia iustitiæ oblationē & holocaustum, tunc [19] ascendent super altare tuum uituli.

[11] Spūm stab'ē.
[12] Accipias.
[13] Spiritus munificus ul' liberalis sustentabit me.
[14] Exultando cantabit.
[15] Qm̄ nō concupisces ul' diliges &c.
[16] Cor confractū & contritum.
[17] Redde bonā in dilectione uel beneplacito tuo.
[18] Diliges, uoles.
[19] Tūc offerent ul' facient ascendere super altare tuum uitulos.

Titulus psalmi quinquagesimi secundi.

Vincenti [1] eruditiuum dauid. Cum ueniret doeg idumæus & indicauit Sauli & dixit illi. Venit dauid ad domū achimelech.

[1] Effundenti sanguinem.

Psalmus quinquagesimus secundus.

1 QVid [2] gl'iaris in malitia potēs, m̄ia dei tota die.
2 Prauitates [3] cogitabit lingua tua, sicut nouacula acuta [4] faciens fraudem.
3 Dilexisti malū sup bonū, falsitatē q̄ loq iustitiā. Sela.
4 Dilexisti oīa uerba depēssionis [5] lingua fraudis, etiā de9 destruet te in æternum, cōteret te, & abradet [6] te de tentorio, & eradicabit te de terra uitæ. Sela.
5 Et uidebūt iusti & timebūt, & super ipsum ridebunt.
6 Ecce [7] uir q non posuit deū fortitudinē suā, & spauit in m̄titudie diuitiaꝝ suaꝝ, corroborat9 [8] ē i prauitate sua
7 Ego aūt sicut oliua uiridis in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum & semper.
8 Confitebor tibi in æternum qm̄ fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonū in [9] cōspectu sanctoꝝ tuoꝝ.

[2] Quātū laudaris.
[3] Corruptelas confractiones.
[4] Purgata, polita.
[5] Præcipitationis.
[6] Diruet te,
[7] Ecce uir non ponet.
[8] Præualebit in cōfractione uel corruptela.
[9] Corā sacr is tuis.

Non olim silentio pertransire interpretationē quorundam nominū, quæ in huius psalmi titulo ponunt. Quorū primū doeg, est quod quidem interpretari formidantē, uel

sollicitum uel anxiũ minime dubitam⁹. Idumęũ uero ter
renũ,uel sanguinolentũ,uel rubeum,uelut cupientem hu
manum effundere sanguinem.Saulem uero postulatũ,si
ue foueam,siue infernũ significare asserimus. Achimelech
uero compositũ ex pluribus dictionibus unusquisq; cense
bit.Quarum primã achi,dicemus. Secundã uero melech,
Cuius primę q̃ uarię ac diuersę sunt significatiões.Nã qñq;
fratrẽ significat,aliquando uero ignẽ.aliquando uero acrũ
aliqñ enim adhesionẽ coniunctionẽue,aut societatem.ali-
aliquando tristitiã, aliquando lętitiam,aliquãdo affinẽ, ali
quando unũ numero significat. Secundã uero dictionem
regem siue consiliariũ.Nonnunq̃ uero astrum,uel natiui
tatis figurã uel dęmonem significare minime ambigim⁹.
Hęc aũt oĩa uelim dixisse,ut facilius rei seriem intelligas

¶ Titulus psalmi quinquagesimi tertii.

Danti æternitatem &c.

¶ Vincenti [1] super hæreditatem [2] eruditiuũ [3] dauid.

[2] Infirmitatem.

Psalmus quinquagesimus tertius.

Prudens &c.

1 DIxit insipiens in corde suo non est deus, corrupti [4] sunt abominabilem operati sunt iniquitatẽ, non est faciens bonum.

[4] Corruperunt uiam suam scilicet.

2 Deus de cœlo respexit super filios homĩs, ut uideat an sit intelligens requirens deum.

3 Vnusquisq; [5] cõuersus est retrorsum simul corrupti sũt, non est faciens bonum non est etiam unus.

4 Nonne cognouerunt opantes iniquitatẽ,deuorãtes po pulũ meum comederũt panem,deũ nõ inuocauerũt.

[5] Totus ipse cõuersus est retrorsum, simul inutilis, uel fœtentes facti sunt.

5 Illic trepidauerunt timore ubi nõ fuit timor,quoniam deus dispersit ossa castrametantis [6] aduersum te,confu- disti [7] ,qm̃ deus abominatus est illos.

[6] Morantis,manẽtis.

[7] Confudisti.i.inimicos tuos.

Saluationes.

6 Quis dabit ex syon salutẽ [8] israel,dũ [9] cõuertet deus ca- ptiuitatẽ populi sui,exultabit iacob,lætabiť israel.

[9] Dũ deducet,uľ qes- cere faciet.

Huius psalmi tituli secundam dictionem diuersi diuersi- mode exponunt.Nam aliqui eam interpretanť pro con- gregatione.Alii uero pro choro.alii pro infirmitate, uel pro hæreditate (ut in quinto psalmo diximus) significa- re asserunt.Alii uero nomen cuiusdam instrumẽti musici iudicant.Verum chaldaica translatio sic ait. Ad laudan- dum super ultionem impiorum qui perturbant hæredita tem domini intellectus bonus per manum dauid.

¶ Titulus psalmi quinquagesimi quarti.

Prudens &c.

¶ Vincenti [1] in canticis [2] eruditiuum [3] Dauid. Dum uenirent ziphæi,& dicerent Sauli. Nonne Dauid absconditus [4] est apud nos.

[1] Danti æternitatem.
[2] In instr̃is musicis.
[4] Absconditus est no biscum.

Psalmus quinquagesimus quartus.

1 Deus in nomine tuo saluum me fac, & in potentia tua uindicabis [5] me.
2 Deus exaudi orõnẽ meã, auribus pcipe uerba oris mei.
3 Qm̃ extranei insurrexerũt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam, & non posuerunt deum ante cõspectum suum. sela.
4 Ecce deus adiuuat me, dñs cũ [6] sustinẽtibus aĩam meã.
5 Reddat [7] malum tribulantibus me, ĩ ueritate tua [8] disperde illos.
6 Cum [9] munificentia sacrificabo tibi, celebrabo nomen tuum domine, quoniam bonum.
7 Quoniam ex omni tribulatiõe eripuisti me [10], & in inimicos meos despexit oculus meus.

Prætereundũ silentio minime censui, qm̃ nomen, ziph, a quo ziphæi deriuanť picem significare minime ambigimus, licet quidã locus reperiať in sacra scriptura, qui hoc nomine nuncupať. Nam asserunt iudæi desertum illud, ziph nuncupari, eo ꝙ illic pix fieret. Nec magis te nescire uelim, ꝙ uerbũ quinti uersus huius psalmi scilicet, conuertať, quod alio modo legiť, alio modo scribiť. Nam legiť reddat (ut in psalmo positum est) scribitur uero conuertatur (ut in margine inseruimus)

[5] Et in uirtute tua iudices me. i. iudiciũ meũ accipies.
[6] Inter sustentãtes animam meam.
[7] Conuertat, uel conuertatur.
[8] Respiciẽtib⁹ me aduerso oculo, ad pernicionem perduc illos.
[9] Cũ quadã aĩe liberalitate offerã, & significat oblationẽ spontaneã mẽtis.
[10] Et in inimicis meis uidit. i. ultionẽ oculus meus ut torue respexit.

ℭ Titulus psalmi quinquagesimi quinti.

ℭ Vincenti [1] in canticis [2] eruditiuum dauid.

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] Instrũs musicis.

Psalmus quinquagesimus quintus.

1 Ausculta [3] deus orationem meam, & ne abscondaris a tribulatione mea.
2 Attende mihi & responde mihi, lamentabor [4] in deprecatione mea & strepitum faciam.
3 A uoce inimici, a cõspectu coartationis [5] impii, quoniã dimittẽt [6] sup me iniquitatẽ, & cũ ira odio habebũt me.
4 Cor meum contremiscit [7] intra me, & timor mortis cecidit super me.
5 Timor & tremor uenerũt [8] sup me, & opuit me horror.
6 Et dixi quis dabit mihi alam uelut colũbæ, uolabo & requiescam.
7 Ecce elongabo [9] transmigrationem, dormiam in deserto. sela.
8 Accelerabo [10] fugam mihi, a spũ uehemẽti a tẽpestate.
9 Præcipita [11] domine diuide linguam eorum, quoniam

[3] Auribus pcipe.
[4] Vlulabo mouẽs me huc & illuc in meditatiõe doloris mei, uel cũ locutione mea.
[5] Tribulationis.
[6] Cadere facient.
[7] Præ dolore.
[8] Venit ĩ me, & opuit me timor uel terror, sicut colũba uolabo & habitabo.
[9] Ecce elõgabo ut transmigrẽ morabor in solitudine.
[10] Faciã accelerare euasionẽ, ul' liberatiõem mihi a spũ cõmotiõis q̃ sf euelli solent arbores a turbine.
[11] Deprime, pme.

uidi iniquitatem,& contentionem in ciuitate.

10 Die ac nocte circundabunt eã super mœnia eius, & iniquitas & afflictio intra ipsam.

11 Prauitates [11] intra ipsam, & non declinabit [13] de platea eius iniquitas & fraus.

12 Qm̃ nõ inimicus exprobrabit mihi & sustinebo [12], non odio hñs me sup me magnificauit,& abscõdar ab illo.

13 Tu autem uir secundum [13] ordinem meum, doctor meus & notus meus.

14 Qui simul edulcemus [14] consilium, in domum dei ambulabimus cateruatim.

15 Irritet [15] morte super illos descendant ad infernũ uiuẽtes,qm̃ mala in habitatione eorũ in interiori [16] eorũ.

16 Ego ad deum clamabo,& dominus saluabit me.

17 Vespere & mane & meridie loquar & strepitum faciã,& exaudiuit uocem meam.

18 Redemit in pace aníam meã a ꝓlio [17] quod erat mihi, quoniã cum [18] multis fuerunt aduersum me.

19 Exaudiet de⁹ & hũiliabit illos & hitans ab initio Sela. quoniã nõ uariationes [19] ipsis,& nõ timuerũt deum.

20 Misit man⁹ suas i pacificos suos, maculauit fœdus suũ.

21 Molle [20] fuit supra butyrũ os ei⁹ & itimũ cordis eius, leniora fuerũt uerba eius supra oleũ,& ipsi sunt gladii.

22 Iacta super dñm onus tuũ, & ipse sustentabit te, non dabit in æternum [21] lapsum iusto.

23 Tu aũt deus deduces [22] illos in puteum foueæ uiri sanguinũ & fraudis non attingent [23] dimidium dierũ suorum,ego autem sperabo in te.

[11] Cõfractiões.
[13] Non auferet.
[12] Et parcam.
[13] Iuxta dignitatẽ meam.i.habitus honore ut ego dux uł comes meus.
[14] Suaue insibamus uł felicitebamus cõsiliũ cateruatim.i.cũ maximo populi strepitu.
[15] Instiget uł necessitet.i. deus uel necessitetur mors &c.
[16] Medio.
[17] Ne appropinq̃ret mihi.
[18] In multis fuerunt mecum.
[19] Variationes ipsi.
[20] Molles fuerunt butyri oris eius & bellũ cor eius leniora fuerunt ṽba ei⁹ sup oleũ & ipsa maledictiones uł lenitates uł prælia.
[21] Cõmoueri iustum
[22] Facies illos descendere.
[23] Dimidiabũt.

ℭ Titulus psalmi quinquagesimi sexti.

ℭ Vincẽti [1] sup columbã muti longinquorũ dauid insigne [2] dum caperent ipsum philistei in gath.

[1] Effundẽti sanguinẽ.
[2] Plaga immaculati.

Psalmus quinquagesimus sextus.

1 Miserere mei deus qm̃ absorbuit [3] me homo, tota die prælians [4] coartabit me.

2 Absorbuerunt [5] tribulantes me tota die,qm̃ multi bellantes aduersum me excelse.

3 Per [6] diem timebo,ego in te sperabo.

4 In deo laudabo uerbum [7] eius, in deo speraui non timebo quid [8] faciet caro mihi.

[3] Conculcauit me.
[4] Impugnans bellãs.
[5] Cõculcauerũt.
[6] Die quia timebo.
[7] Rem suam.
[8] Quid faciat.

5 Tota die uerba mea execrabunt, [9] aduersum me omes cogitationes eorum in malum.

6 Congregabuntur abscōdentur, [10] ipsi calcanea mea ex pectabunt, [11] cum expectauerunt animā meam.

7 Propter [12] iniquitatem liberatio illis, in ira populos de duc [13] deus.

8 Discursus [14] meos numerasti tu, pone lachrymā meam in utre tuo, nunquid [15] non in numero tuo.

9 Tunc conuertentur inimici mei retrorsum, in die qua clamabo hoc cognoui, quoniam deus mihi.

10 In deo laudabo uerbū, [16] in dño laudabo sermonē [17].

11 In deo speraui, non timebo quid faciet homo mihi.

12 Super me deus uota tua, reddam laudem tibi.

13 Quoniam eripuisti aīam meā de morte, certe pedes me os a lapsu [18], ut ambulem coram deo in lumine uitæ.

Huius tituli nomina nulla indigere expositiōe arbitror. Nam quis sit mutus longinquorꝫ, unicuiqꝫ notum censeo. Scio enim ī cuius persona noster citharœdus alibi dixit, factus sum sicut mutus non aperiens os suum. Scio deniqꝫ, cui alba uestis imponit. Et quęnam lōginquior regio quā thronus dei ad quē nullis corporis gressibus accedere ualemus, a quo ut nostram incoleret regionem nō dedignatus humanam assumere carnem totqꝫ sufferre tormenta, ut nos redimeret noster redemptor descēdit. Seruans nihilominus gloriam, potestatem, ac sapientiam pātri coęqualē & coæternā. Quam aūt huius muti columbam assignabimus, nisi ecclesiam, quæ posita in tribulatiōibus clamat ad deum, ut auxiliū afferat. Cętera uero omnia (ut in psalmo decimo sexto, & octauo) exposita reperies. Cæterum Philistei quid significēt, ex teipso animaduertere poteris. Nam quandoqꝫ alienigenas, quandoqꝫ uero horrorem siue obscuritatem, aliquando autē obuolutiones, uel populum inimicum dei importat.

Titulus quinquagesimus septimus.

Vincenti [1] ne dissipes [2] dauid insigne [3] dū fugeret ipse a conspectu Saulis in spelunca.

Psalmus quinquagesimus septimus.

1 Miserere mei deus miserere mei quoniam confidit in te anima mea, & in umbra alarum tuarum spe rabo donec transeat [4] prauitas.

2 Clamabo ad deum altissimum, ad [5] deum retribuentem super me.

---

[10] Insidias ponent uel innuent.

[12] Sup iniquitate .i. p iniquitate liberabūt & habebūt præmium.

[16] Rem. i. qd cūqꝫ acciderit.

[18] Nunqd non pedes meos ab impulsu.

[1] Danti æternitatem.

[2] Dispdas, corrūpas.

[4] Transeant confractiones,

[9] Contristabūt, affligent uel cōtristare facient.

[11] Vestigia mea obseruabunt.

[13] Humilia fac descendere.

[14] Trāsmigratiōnē uł uagationē.

[15] Certe in libro uł ciphra tua.

[17] Rem.

[3] Plaga perfecta.

[5] Ad deū q perficit super me qd. promisit.

3 Mittet de cœlo & saluabit me ex obprobrio [6] absorbẽtis me. Sela, mittet de[9] misericordiã suã & ueritatẽ suã.

4 Anima mea in medio leonum, iacebo in medio inflãmantium [7] in medio filiorũ hominis, quorũ dentes lancea & sagittæ & lingua eorum framea acuta.

5 Exaltare super cœlos deus, super terrã gloria tua.

6 Rete parauerũt gressibus meis, icuruauit [8] aĩam meã, foderũt [9] ĩ cõspectu meo foueã, ceciderũt ĩtra ipam, sela

7 Paratum [10] cor meum deus paratum cor meum, cantabo & psallam.

8 Exurge [11] gloria mea exurge nablum [12] & cithara, excitabo aurorã.

9 Celebrabo te in populis domine, psallã tibi in regnis.

10 Quoniã magna usq; ad cœlos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas tua.

11 Exaltare super cœlos deus, sup oẽm terrã gloria tua,

[6] Opprobrio. s. erit absorbens me.

[7] Pręcipitantium festinantium.

[8] Depssit deflexit.

[9] Inciderunt.

[10] Directum.

[11] Excitare.

[12] Viola uulgarit dr.

Titulus psalmi quinquagesimi octaui.

Vincenti [1] ne dissipes Dauid insigne [2].

Psalmus quinquagesimus octauus.

1 AN certe mutam [3] iustitiam loquemini, recta iudicatis filii adam?

2 Etiam in corde iniquitates operamini in terra, prauitatem [4] manus uestræ æquilibrabunt.

3 Alienati [5] sunt impii a uulua, errauerunt ab utero loquentes mendacium.

4 Furor [6] illis sm similitudinem furoris serpentis, uelut aspis surdus obturabit aurem suam.

5 Vt [7] non audiat uocem incantantium, uenefici incantantis incantationes docti [8].

6 Deus contere [9] dentes illorum in ore eorũ, molares catulorum leonum confringe [10] domine.

7 Liquefiant, [11] uelut aqua abeant ipsi, dirigent sagittas suas sint [12] ac si confringerentur.

8 Velut [13] coclea, quæ liquefit perget, uelut abortiuũ uelut talpa quæ non uiderunt solem.

9 Priusquam [14] crescent spinæ uestræ in rhamnum, sic uiuentem sic ira turbine rapiat eum.

10 Lætabitur iustus quoniam uidit ultionem, plãtas [15] suas lauabit in sanguine impii.

[1] Danti æternitatem &c.

[2] Plaga ĩmaculati &c.

[3] Mutã qm nõ mãifestatis illã uł utiq; uł manipul9. i. cõgregatio inimicorũ iusticiã loqmini rectitudines iudicabitis.

[4] Rapinã manib9 uestris ponderabitis.

[5] Cõuersi sũt retrorsũ.

[6] Exæstuatio.

[7] Qui non audit uocẽ murmurantium.

[8] Sapientis.

[9] Excute, euerte.

[10] Disrũpe, dissipa.

[11] Abominabiles erunt.

[12] Intendãt sagittas suas ac si icenderẽt. i. nullũ dãnũ faciãt, sed frangant in itinere.

[13] Velut unda maris ĩpet9 aq uł alue9 quẽ fluctus corroserũt liqfact9 ambulet abortiuum mulieris nõ uiderunt solẽ.

[14] Anteq̃ ĩtelligãt. i. pueniãt ad eã pfectio nẽ spĩę urę. s. recentes spinã. i. ut sit spina robusta & arida, uł añq̃ ĩtelligãt olłę urę spinã. i. pcipiãt ignẽ spinaꝝ q uelociter ptrãsit ut crudũ, uł sic crudũ. i. uelut caro cruda ñ pcepit ignẽ illũ, qm subito discessit sic ira tẽpestate uł uelut ira uł cũ ira molestet uel destruat ipsum.

[15] Vestigia eius.

11 Et dicet homo utique est fructus iusto, utique est [16] deus iudex in terra.

[16] Sūt dii iudicātes

Titulus psalmi quinquagesimi noni.

Vincenti [1] ne disperdas [2] Dauid insigne, dum mitteret Saul & custodirent domum ut occiderent eum.

[1] Danti æternitatem.

[2] Plaga immaculati.

Psalmus quinquagesimus nonus.

1 Eripe me de inimicis meis deus meus, ab insurgentibus in me proteges [3] me.

[3] Exaltabis, corroborabis.

2 Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris sanguinum salua me.

3 Quoniam ecce insidias parauerunt animæ meæ, congregati [4] sunt aduersum me fortes, non transgressione mea & non peccato meo domine.

[4] Cōgregabūtur aduersū me robusti nō trāgressio mea & non peccatum meum. s. est.

4 Sine [5] iniquitate current, & præparabuntur, exurge ob uiam mihi & uide.

[5] Absque iniquitate. s. mea currēt & pparabūtur uel stabilientur uel dirigent.

5 Et tu dñe deus exercituum, deus israel exurge ad uisitandas omnes gentes, ne miserearis omnibus præuaricantibus iniquitate. sela.

6 Reuertentur ad uesperam, tumultuabūtur uelut canis, & circuibunt ciuitatem.

7 Ecce [6] loquentur cum ore suo, frameæ in labiis eorum, quoniam quis audit?

[6] Ecce scaturient, uel murmure loquentur.

8 Tu aūt domine irridebis eos, subsannabis [7] oēs gētes.

[7] Deludes.

9 Fortitudinē eius tibi seruabo [8] qm̄ deus ꝓtectio mea.

[8] Ad te mittā ut custodiā ut. s. eripias me.

10 Deus misericordia [9] sua præueniet me, deus [10] ostendet mihi in aduersarios meos.

[9] Misericordia mea.

[10] Deus ōndet mihi in eorū respicientes me.

11 Ne occidas illos ne forte obliuiscatur populus meus, disperge [11] illos in uirtute tua, & depone eos protector noster domine.

[11] Amoue uel fac illos ire uagos & fugos ꝑ exercitū tuū & humilia eos scutū nostrum.

12 Peccatum oris eorum uerbum labii eorum, & cōprehendantur in superbia eorum, & de maledictiōe [12] & de mendacio narrabunt.

[12] De execratione & de macie.

13 Consume in furore consume, & non sint, & cognoscent qm̄ deus dominatur in iacob in finibus terræ. sela.

14 Et reuertentur ad uesperam tumultuabuntur uelut canis, & circuibunt ciuitatem.

15 Ipsi [13] uagabūtur ut comedant, si non fuerint saturati & dormient.

[13] Illi uagabunt uel ut profugi ut comedāt certe nō saturabunt & dormient uel facient illos ire uagos uel mouebunt ut comedāt, cū non fuerint saturati nō dormient.

16 Ego autem cantabo fortitudinē tuam, & canā [14] in ma

[14] Exultabo.

ne misericordiam tuam,qm̃ fuisti protectio mihi & refugium in die tribulationis meæ.

17 Fortitudo mea tibi psallam,qm̃ deus protectio mea deus misericordiæ meæ.

¶Titulus psalmi sexagesimi.

¶Vincenti [1] super lilium [2] testimonii insigne [3] Dauid ad docendum.Dum præliaret cum aram naharaim & cum aram Zoba, & reuersus est Ioab & percussit edom in ualle salis duodecim millia.

[3] Plaga immaculata.

Psalmus sexagesimus.

1 Deus dereliquisti [4] nos destruxisti nos, iratus es,deficies [5] a nobis?

2 Commouisti [6] terram,confregisti eam, sana contritiones eius [7] quia cõmota est.

3 Ostendisti pp̃lo tuo dura,potasti nos uino anxifico [8].

4 Dedisti timentibus te signum [9], ut exaltarent propter ueritatem. sela.

5 Vt eripiantur [10] dilecti tui salua dexteram tuam, & responde mihi.

6 Deus locut⁹ est in sanctitate sua,lętabor,partiar sichem & conuallem zucoth dimetiar.

7 Meus [11] est galahad,& meus est manasses,& effraim fortitudo capitis mei iuda dux [12] meus.

8 Moab olla ablutionis meæ,super edom extendam calciamentum [13] meum,super [14] me philistea iubila.

9 Quis deducet me in ciuitatem munitionis, quis direxit me usq; in edom.

10 Nonne [15] tu deus dereliquisti nos, & nõ egredieris cum exercitibus nostris.

11 Da nobis auxilium de tribulatione, quia uanitas salus ab homine.

12 In deo faciemus uirtutem, [16] & ipse conculcabit tribulantes nos.

Vellem aduersarios nostræ fidei iterrogare,quemadmodum hunc psalmũ pro uictoria Dauid,quã erga proprios habuit inimicos afferant, cũ ciuitatẽ munitionis romam nuncupent. Vel Tyrum iuxta chaldaicã translationẽ. Roma etenim Ezechiæ regis iudę tpe initium habuit,Tyrus ũo semper & tpe ipsius Dauid, & filii sui Salomonis,iudęis (ut in regum codice lucidius sole patet) amicissima fuit,& pacis fœdere cõiuncta.Quomodo ergo Dauid in ci-

Left margin: ...ndenti san- ...m &c. ...r flore. | ...træmotu. ...fractiones. | ...esticię & ...ietatis. | ...t liberẽt di... tui salua ...tera tua. | ...ihi galahad ...nihi. | ...roiiciã calcia... ...ntum. | Certe. | Exercitum.

Right margin:

[4] Oblitus es nr̃i cõfregisti uel diruisti nos.
[5] Rebellis eris nobis uł cõuertaris ad nos, p modũ dep̃cationis uel cõuerteris ad nos .i.nõ facies ut antea.
[9] Dedisti pp̃lo tuo tẽtationẽ ut tẽtarẽt uel signũ ut signarẽtur a cõspectu ueritatis.
[12] Princeps meus.
[14] Aduersum me philistea congregare uel fac societatẽ uel mecum coniungere.

13 Benedictus dominus deus israel, a seculo & usque in seculum amen & amen.

℄ Titulus psalmi quadragesimi secundi.

℄ Vincenti [1] erudiciuum [2] filiorum chorae.

Psalmus quadragesimus secundus.

1 Quemadmodũ ceruus uociferat [3] super inundationibus aquarum, sic aĩa mea uociferat ad te deus.

2 Sitiuit aĩa mea ad deũ, ad deum [4] uiuũ qñ ueniam & apparebo ante faciem dei?

3 Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte, dum dicit mihi quotidie [5] ubi est deus tuus.

4 Haec recordabor & effundã sup me aĩam meã [6], qm̃ trãsibam cum numero deducebar cum illis usque in domũ dei, in uoce exultationis & cõfessionis copia magna populi tripudiantis. [7]

5 Cur [8] deprimeris aĩa mea & tumultuaberis aduersũ me, spera in deo qm̃ adhuc celebrabo [9] illi salutẽ uultus sui.

6 Deus me[9] sup me aĩa mea depssa [10] ẽ, ꝓpterea memor ero tui de terra iordanis & hermonim a mõte mizhar.

7 Abyssus [11] abyssum inuocat, in uoce cataractarũ tuarũ, omnes undae tuae & fluctus tui sup me transierunt.

8 Per diem mandabit dñs misericordiã suam, & in nocte canticum [12] eius mecum, oratio deo [13] uitae meae.

9 Dicam deo rupes mea cur oblitus es mei, cur moerẽs [14] ambulabo cũ oppressione inimici.

10 Cum [15] gladio in ossibus meis obprobrio affecerũt me tribulãtes me, dũ dicerẽt ipi mihi quotidie ubi ẽ de⁹ tu⁹.

11 Cur [16] deprimeris anima mea & cur tumultuaberis super me, spera in deo qm̃ adhuc celebrabo illum salutẽ [17] uultus mei & deum meum.

Titulum huius psalmi siue nomen ultimum ipsius tituli. s. chore minime expositione indigere arbitror, psertim apud illos, qui Augustini expositionẽ super psalmis cõtemplati sunt. Verũ id te latere minime uelim hoc nomen & caluiciũ & crystallũ, & glaciem significare. ¶ Ceterũ id ꝑtermittere nolim. In octauo huius psalmi uersu in dictiõe quã nos interpretati sumus Canticũ eius inuenisse quandã glosam dicentẽ bis in sacra scriptura hęc inuenit dictio & in duplici significato. Quamobrẽ iudęorũ ꝗ plurimi hic nõ canticũ eius ut nos, sed quietẽ eius interpretati sunt. Simile illi ꝗd diximus in uigesimo tertio psalmo in dictiõe foderũt.

[1] Dãti aeternitatẽ &c.

[2] Prudens &c.

[3] Prę desiderio clamat ad uł pp inundatiões uł torrentes aquarum ut. s. inueniat eos.

[4] Fortẽ uiuũ qñ ueniã & uidebor coram deo.

[5] Tota die.

[6] Qm̃ transibo in plaustro coopto, uł trãsibã i nũero adducebã uł amouebam illos usque i domum dei.

[7] Faciẽtis festiuitatẽ uel sacrificiũ.

[8] Quãtũ hũiliaberis aĩa mea, & strepitum facies.

[9] Cõfitebor uł manifestabo illi uł illũ saluatiões, uel salutes &c. Nota aduentum maiestatis diuinae.

[10] Deprimetur hu miliabitur.

[11] Abyssus ad abyssum clamat.

[12] Quies.

[13] Laus uel orõnẽ. s. faciam.

[14] Nigerrimus.

[15] Cũ interitu, uł homicidio, uel cũ gladio. i. ac si gladio, uł interitu dilaniarẽt ossa mea, uł ac si gladiũ infigerẽt, uel interitũ facerẽt in ossibus meis obprobrio me affecerunt.

[16] Quãtũ hũiliaberis ꝗtũ depssa eris aĩa mea, & ꝗro. i. ꝗto ꝑstrepitũ facies super me.

[17] Salus, uł saluationes, & deus qui. s. est meus.

Psalmus quadragesimus tertius.

1 IVdica me deus & contende contentioné meá de gente nõ sctá [1], a uiro fraudis & iniquitatis eripe me.

2 Quoniam tu deus fortitudinis meæ cur oblit[9] [2] es mei, cur mœrens [3] ambulabo oppressione inimici.

3 Emitte lucé tuá & ueritaté tuá ipsæ deducét [4] me, adducét me ad monté sanctitatis tuæ & ad tabernacula tua.

4 Et ingrediar ad altare dei ad deũ lætitiæ exultationis meæ, & celebrabo te in cithara deus deus meus.

5 Cur [5] deprimeris anima mea & cur tumultuaberis super me, spera in deo, quoniam adhuc celebrabo [6] illum saluté uultus mei & deum meum.

[1] Nõ sacrá non misericorde.
[2] Cur dereliquisti me.
[3] Obscur[9] tristis luctu
[4] Ipsa me dirigent.
[5] Quãtũ hũiliaberis, & qtũ strepitũ facies.
[6] Celebrabo illi sa luté ul celebrabo illum salus, & deus meus.

ℭ Titulus psalmi quadragesimi quarti.

ℭ Vincenti [1] filiorum choræ [2] eruditiuum.

[1] Danti æternitatem &c.
[2] Prudens &c.

Psalmus quadragesimus quartus.

1 DEus auribus nostris audiuimus, patres nostri narrauerunt nobis, opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.

2 Tu manu tua gentes expulisti & plantasti eos, contriuisti populos [2], & proiecisti illos.

3 Quoniá non in gladio eorum hæredes facti sunt terræ, & brachiũ corũ nõ saluauit eos, sed dextera tua, & brachiũ tuum, & lumen uultus tui, qm̃ dilexisti [3] eos.

4 Tu es rex meus deus, manda salutem [4] iacob.

5 In te inimicos nostros percutiemus [5], in nomíe tuo cõculcabimus [6] insurgentes in nos.

6 Quoniá non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.

7 Quoniam saluasti nos de tribulantibus nos, & odio habentes nos confudisti.

8 In deo laudabimus tota die, & nomen tuũ in æternum celebrabimus. sela.

9 Verũtamen oblitus [6] es, & confudisti nos, & nõ es egressus [7] cum exercitibus nostris.

10 Conuertisti [8] nos retrorsum a tribulante, & qui oderũt nos conculcauerunt [9] sibi.

11 Dedisti [10] nos sicut oues in cibo, & inter gentes dispersisti nos.

12 Vendidisti [11] populum tuum sine copia diuitiarum, &

[2] Regna & eiecisti illa
[3] Voluisti eos, complacuisti in eis.
[4] Saluatiões.
[5] Cornua offendem[9].
[6] Ad nihilum deducemus.
[6] Dereliquisti.
[7] Non egredieris.
[8] Conuertes nos.
[9] Diripuerunt pdati sunt. s. substantiá nostram sibiipsis.
[10] Dabis nos.
[11] Vendes.

non multiplicasti in pretio [12] eorum.

13 Posuisti [13] nos obprobrium uicinis nostris, subsannationem & derisionem his [14] qui circũ nos sunt.

14 Posuisti [15] nos prouerbium in gentibus, cõmotionem capitis in populis.

15 Tota die ignominia mea coram me, & uerecundia uultus mei operuit me.

16 A uoce exprobrantis & blasphemantis, a facie inimici & ultoris.

17 Omne [16] hoc uenit super nos, & non obliti sumus tui, & non [17] mentiti sumus in fœdere tuo.

18 Non est conuersum retrorsum cor nostrum, & declinasti gressus nostros a semita tua.

19 Quoniam contriuisti nos in loco draconis, & operuisti [18] nos umbra mortis.

20 Si obliti sumus nominis dei nostri, & expandimus palmas nostras ad deum externum.

21 Certe [19] deus requirat hoc, quoniam ipse cognoscit secreta [20] cordis.

22 Quoniã propter te occisi sumus tota die, æstimati sumus sicut oues iugulationis [21].

23 Excitare cur dormies domine, exurge ne obliuiscaris in æternum.

24 Cur faciem tuam abscondes, obliuisceris afflictiõis nostræ, & oppressionis nostræ.

25 Quoniam depressa [22] est in puluere anĩa nostra, adhæsit in terra uenter noster.

26 Exurge in auxilium nobis [23], & redime nos propter misericordiam tuam.

[12] In cõmutatiõe.
[13] Pones nos.
[14] Circuitib⁹ nr̃is.
[15] Pones nos.
[16] Oẽ hoc accidit nobis.
[17] Et nõ fecimus falsitatem.
[18] Et opuisti super nos cũ tenebris.
[19] Nonne.
[20] Abscõdita, occulta
[21] Macelli.
[22] Humiliata.
[23] Exurge auxiliũ nobis.

Titulus psalmi quadragesimi quinti.

Vincenti [1] sup lilia filiorũ chore eruditiuũ [2] canticũ dilectionũ. Psalmus quadragesimus quintus.

1 ERuctauit [3] cor meũ uerbũ bonum, dico ego opera mea regi, lingua mea calamus [4] scribæ uelocis.

2 Speciosus [5] forma præ filiis Adam, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum.

3 Accinge gladium tuum super fœmur potẽtissime, gloria [6] tua & decor tuus.

4 Et decore [7] tuo psperare, equita sup uerbũ ueritatis &

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] Prudens &c.
[3] Mouit locutus ẽ.
[4] Stilus.
[5] Maxima pulchritudine.
[6] Cõfessionẽ tuã, decorẽ tuũ. i. ppẽ confessionem tuã & decorẽ tuum.
[7] Et decor tuus ut pspereris, & ut sedeas sup ỽitate, ut pp ỽitatẽ & mansuetudinẽ & iusticiã.

mãsuetudĩs & iustitiæ,& docebit te terribilia dextera tua.

5 Sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent[8], in cor inimicorum regis.

6 Sedes tua deus in æternum & semper, uirga rectitudinis uirga regni tui.

7 Dilexisti iustitiam & odisti impietatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

8 Myrrha,& aloes,cassia omnia indumenta tua,ex[9] templis eboris,ex me lætificauerunt te.

9 Filiæ regum in magnificẽtiis[10] tuis,astitit regina a dextera tua cum massa auri ophir.

10 Audi filia & uide,& inclina aurem tuam,& obliuiscere populi tui & domus patris tui.

11 Et concupiscet rex decorem tuum, qm̃ ipse dñs tuus & adorabis ipsum.

12 Et filia[11] tyri cum munere, uultus tuos deprecabuntur diuites populi.

13 Tota gloriosa filia regis interior, interfertionibus[12] deauratis indumentum eius.

14 Vestibus phrygianis deducetur[13] ad regẽ uirgines post eam, proximæ eius adducentur tibi.

15 Adducentur in gaudiis & exultatione, ingredientur in templum regis.

16 Pro patribus tuis erunt filii tui, pones eos principes[14] in uniuersa terra.

17 Memor ero nõis tui in om̃i generatiõe & generatione, propterea populi celebrabunt te in æternũ & semper.

Libet enim in huius psalmi fine chaldaicam huius psalmi translationem adducere, ut Iudæorũ insipientiam facilius postmodum aniaduertamus. Ait siquidẽ in huius psalmi titulo. Ad laudandũ sup sedentibus sanhedrin i.septuaginta iudicibus ipsius Moysi quod dictum fuit in spiritu sancto in prophetia per manus filiorũ chore, itellectus bonus & laus atq; confessio. Et psalmum exponẽs, sic inquit. Inuestigauit, siue quęsiuit, uel locutũ est cor meũ uerbum bonũ. dicam ego opera mea regi uerbũ linguæ meæ accelerãs uelut calamus scribę uelocis, uel assueti. Pulchritudo tua rex Messia supabundat a filiis hoĩs datus est spũs pphetię in labiis tuis, ppterea bñdixit te deus sollicita framea tuã sup fœmur tuũ potẽtissime. ut occidas reges cũ dñatoribus cõfessio tua & decor tu⁹. Et decor tu⁹ magn⁹, ppterea psper aberis ut equites sup equos regni propter

[8] Cadẽt.s.sagittæ tuæ acutę ĩ cor inimicorũ regis populi sub te cadent.

[9] Ex tẽplis eboris ex qb⁹ lętificauerũt te, uł plusq̃ tẽpla eboris ex me lętificauerũt uł ex tẽplis eboris plus lętificauerũt, uł mini non mẽ est, puĩcia. i. ex tẽplis eboris mimi lętificauerũt, uł ex tẽplis eboris ex me.i.q̃ mea sunt uł me.i. p me uł ppter me uł de me lętificauerunt te.

[10] Palatiis uel preciosis.

[11] Ciuitas, regio pupilla.

[12] Variis coloribus elaboratis & ornatis quibusdam ligamentis.

[13] Vulgariter dicitur recamatis, uel phrygianicis.

[14] In principes.

causam fidei & ueritatis & mansuetudinis & iustitiæ, & docebit te dñs ut terrorẽ inferas cum manu dextera tua. Sagittæ tuæ euaginatæ ut occidas regiones, populi sub te cadent, & filii arcus tui iniicient in cor inimicorũ regis. Sedes gloriæ tuæ dñe stabilis in secula seculorũ. Virga directionis uirga regni tui, qm̃ dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te dñs deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis, myrrha munda & uasa aloe & cassiæ oĩa indumẽta tua ex templis quæ ornant̃ dente eboris de terra mini lætificabunt te. Principes regni uenient ut recipiant uultũ tuum, & honorificent te in tempore quo p̃parabitur liber legis in latere dextræ tuæ, & scriptura in habitaculis splendidis ophir. Audi congregatio israel legem moris eius, & respice mirabilia operũ eius, & inclina aurẽ tuam ad uerba legis, & obliuiscere operũ malorũ impiorum populi tui, & domus erroris cui seruisti in domo patris tui, & in hoc concupiscet rex pulchritudinẽ tuam, qm̃ ipse dñs tuus & adorabis illum, & habitantes regionẽ tyri munere uenient uultũq; tuum mane quęrent, omnis gloria textoris diuitiæ principũ thesauri regũ qui custodiuntur in secretis locis offerent̃ sacerdotibus qui ornant auro mundo indumenta sua. Cũ indumentis diuersarũ figurarũ offerent sacrificia corã rege seculi & reliqui socii eius qui habitant uel dispergunt̃ inter populos uenient cũ lætitia ad te in hierusalẽ, uenient cum lætitia & laude, & ascẽdent in templũ regis seculorũ. Pro patribus tuis erunt iusti filii tui, pones eos principes in uniuersa terra. In tempore illo dicetis recordabor nominis tui in omni generatione & generatione, qm̃ etiã populi qui conuersi sunt ad fidem sic celebrabunt te, & nomen tuũ in seculũ, & in secula seculorũ. ¶ Animaduertãt nunc iudęi hunc psalmũ p̃ rege Messia fuisse compositũ. Animaduertãt ip̃m Messiam deũ esse in uersu sexto. s. sedes tua deus. Vbi in noĩe deus chaldaica translatio ponit nomẽ tetragrãmaton quod nemini, ipsis testibus, attribuit̃ nisi soli deo. Aĩaduertãt cætera omnia quę ponunt̃ in psalmo & in translatiõe chaldaica errorẽ a quo hortat̃ eos discedere. ¶ Cæterũ considerandũ est q̃ in titulo duæ sunt dictiones hactenus minime expositæ. Quarũ alterã alii lilia interpretant̃. Alii pro septuaginta iudicibus spiritu sancto plenis illam accipiũt, alii nomen cuiusdã instrumẽti musici afferunt, alii aũt pro lætitia & iocunditate significare affirmãt. Alterã uero scilicet iedidoth, alii dilectionẽ, alii laudem, alii confessionem interpretant̃. Tu aũt iuxta ingenii tui uires omnes has significationes accõmoda capiti nostro ac eius mẽbris uel ecclesiæ & cæteris gentibus. ¶ Animaduerte secũdo, qm̃ rachas prima dictio primi uersus, p̃prie significat cordis

שושנים

ידידות

רחש

locutionẽ cum nondũ ad os peruenit, & quærit cor illam emittere & circunuoluit & mouet huc & illuc & uolutat quęrẽs eã mittere ad os & p̃ lętitia qñq; neqt, ut uidetur miculi facere cũ aufert operimentũ eorũ, siue terra, siue quodcunq; aliud cum fuerint in eo prius inclusi.

¶ Titulus psalmi quadragesimi sexti.

¶ Vincenti[1] filiorũ choræ sup occultis[2] canticũ.

Psalmus quadragesimus sextus.

[1] Danti æternitatem &c.

[2] Pro iuuẽculis, uel uirginibus, uel iuuẽtute.

1 Deus nobis refugium & fortitudo, auxilium in tribulationibus inuentus[3] est ualde.

[3] Inueniemus nimis.

2 Propterea non timebimus dum cõmutabit[4] terra, & dum labentur montes in cor maris.

[4] Permutabitur.

3 Strepitum[5] facient cumulabunt aquæ eius, cõcutient montes in superbia[6] eius sela.

[5] Tumultuabunt uel cõturbabũt aquæ ei[9] ipetuosę cõmouebuntur uel contremiscẽt montes.

[6] Magnificẽtia.

4 Fluminis[7] eius riuuli lætificabunt ciuitatem dei, sanctum tabernaculorũ altissimi.

[7] Flumẽ. s. egredietur uel effũdet riuulos q &c. uel fluĩs riuuli, uel flumen ei[9] riuuli.

5 Deus in medio eius nõ cõmouebit, adiuuabit eam deus in prospectu[8] auroræ.

[8] Iuxta prospectũ matutinum uel ad respiciendum mane.

6 Conturbatæ sunt gentes inclinata sunt regna, dedit uocem suam cõmota[9] est terra.

[9] Defluxit contabuit.

7 Dñs uirtutũ nobiscũ, protectio nobis de[9] iacob, sela.

8 Venite uidete opa dñi, qui posuit desolatiões[10] in terra

[10] Mirabilia.

9 Delens bella usq; ad extremum terræ, arcum conteret, & detruncabit lanceam, plaustra comburet igne.

10 Supersedete[11] & cognoscite qm̃ ego sum de[9], exaltabor in gentibus exaltabor in terra.

[11] Deponite. s. idolatriã & ab opibus malis cessate uel relaxate

11 Dñs uirtutũ nobiscũ, protectio nobis deus iacob, sela.

עלמות

Titulus huius psalmi unicam habet dictionẽ aliquãtisper ambiguam, quã. s. interpretati sumus occulta, quã alii iuuẽculas, alii uirgines interpretant. Alii uero nomen instrumenti musici esse asserunt. Verũ chaldaica translatio sic ait. Ad laudandũ per manus filiorũ chore in spiritu prophetiæ in tpe quo coopertus fuit pater eorũ ab illis, & illi erepti sunt & dixerũt canticũ. ¶ Nec minus aduertendũ est, id quod eadem translatio in secũdo atq; in quarto uersu dicit. Ait enim in secundo uersu, propterea non timebimus in tempore quo cõmutabunt patres ex terra cum labentur montes in pelagus maris magni. Et in quarto inqt populi uelut flumina, & scaturigines eorũ uenient & lætificabunt ciuitatem dñi, & orabunt in domo sanctuarii dñi tabernaculorũ altissimi. ¶ Vbi considerandus est modus loquendi. s. sanctum tabernaculorũ altissimi. Nam uelim scire ab hebræis, quis est iste sanctus tabernaculorũ altissi

mi,quem chaldaica trāslatio deū nomīe tetragrāmaton nuncupauit.nā si deū asserant,deus ergo erit sanctus dei, & deus erit minister sanctus tabernaculorū suiipsius dei. Et sic minister & sanctus erit suiipsius,q̄d ualde absonum est.Nos aūt ipm filium coæqualem & cōsubstantialem & coęternū patri in substantia indistinctum & inseparatū,in persona uero separatū ac distinctum dicemus qui cū carnem humanā assumpsit sanctus & pontifex maximus tabernaculorū altissimi (iuxta apostoli uerba) effectus est.

¶ Titulus psalmi quadragesimi septimi.

¶ Vincenti [1] filiorum chore psalmus.

[1] Effundenti sanguinem &c.

Psalmus quadragesimus septimus.

1 Omnes populi plaudite [2] manibus, iubilate deo in uoce iubilationis.

2 Quoniam dominus excelsus terribilis,rex magnus super omnem terram.

3 Cōprimet [3] pp̄los sub nobis,& regna sub pedibus nr̄is.

4 Seliget [4] nobis hæreditatem nostram, magnificētiam iacob,quem dilexit. sela.

5 Ascendit deus in iubilatione,dn̄s in uoce tubæ.

6 Psallite deo psallite,psallite regi nostro psallite.

7 Quoniam rex omnis terræ deus,psallite [5] prudenter.

8 Regnauit deus super gentes, deus sedit super sedē sanctitatis eius.

9 Principes populorū cōgregati sunt, populus dei abraā, qm̄ dei protectores [6] terræ,nimis exaltatus est.

Velim minime silētio ptrāsire (ut nostri ac fidei aīaduertant inimici) id q̄d chaldaica in ultimo huius psalmi uersu inquit trāslatio uidelicet. Principes populorū cōgregati sunt populorū qui credunt deo abraam nāq; coram domino scuta terrę,ualde exaltat⁹ est.Vbi populū dei abraę nō amplius iudęos,sed gentiles nuncupat.

[2] Percutite palmā uł pulsate cū palma uł tangite palmā.i.date manum alter alteri.
[3] Interimet.
[4] Eliget.
[5] Psallite unusq̄sq; prudens, uel intellectu bono,uł prudentia.
[6] Quoniā dei scuta terræ.

¶ Titulus psalmi quadragesimi octaui.

¶ Canticum psalmi filiorum chore.

Psalmus quadragesimus octauus.

1 Magnus dn̄s & laudatus [1] ualde, in ciuitate dei nostri in monte sanctitatis eius.

2 Formosa [2] nympha lætitia totius terræ mons syon,latera aquilonis ciuitas regis magni.

3 Deus in palatiis [3] eius notus est,in protectionem.

4 Quoniā ecce reges cōgregati sunt,transierūt simul.

5 Ipsi uiderūt sic admirati sūt, cōturbati sūt p̄cipitati sūt.

[1] Et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri mons sancti tatis eius.
[2] Pulchra regio pulchrum clima, pulchra sponsa.
[3] Significat ꝓprie palatia magna & munita.

6 T remor apprehendit illos ibi, dolor ſicut parientem.
7 C um uento noto [4] conteres naues tharſis.
8 S icut audiuimus ſic uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei noſtri, deus diriget illam uſq; in æternum. ſela.
9 E xpectauimus deus miſericordiã tuã, ĩ medio tẽpli tui.
10 S ecundũ nomen tuum deus, ſic & laus tua ſup extrema terræ, iuſtitia plena eſt dextera tua.
11 L ætetꝰ mons ſyon exultẽt filiæ iudæ, ꝓpter iudicia tua.
12 C ircũdate ſyon & circuite eam, numerate turres eius.
13 P onite cor ueſtrũ ad murũ [5] eius, exaltate [6] turres eius, ut enarretis in generatione nouiſſima.
14 Q uoniam hic deus, deus noſter, ipſe diriget nos per iuuentutem. [7]

[4] Cũ ſpũ uehementi uel auſtrali.
[5] Ad antemurale eius uel ad mœnia.
[6] Vel palatia eius elata ſunt.
[7] Iuxta mortẽ, uľ pe detẽrim ut pueri diri gunť a mr̃ib9 uľ ĩ die bus nr̃ę ꝑcuſſiõis uel iuuenili ętate nos prę ſeruabit.

ℭ Titulus pſalmi quadrageſimi noni.

ℭ Vincenti [1] filiorum chore pſalmus.

Pſalmus quadrageſimus nonus.

1 A Vdite hoc omnes populi, auribus percipite om̃es inhabitantes tempus [2].
2 E tiam filii adam etiam filii uiri, ſimul diues & paup.
3 O s meum loqueť ſapientiã [3], & meditatio [4] cordis mei intelligentiam.
4 I nclinabo ad prouerbium aurem meam, aperiam cũ cithara ænigma meum.
5 C ur timebo in diebus mali, iniquitas [5] calcanei mei circũdabit me.
6 Q ui confidunt in uirtute [6] ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriabuntur [7].
7 F rater [8] non redimens redimet uirum, & nõ dabit deo redemptionem eius [9].
8 E t erit ꝓcioſa [10] redẽptio aniæ eorũ, & ceſſabit ĩ æternũ.
9 E t [11] uiuet amplius in æternum, non uidebit foueam.
10 C um [12] uiderit ꝙ ſapientes morienť, ſimul inſipiens & ſtultus peribũt, & derelinquent alienis ſubſtantiã ſuã.
11 I ntimũ eorũ domus illorũ in æternũ, tabernacľa eoꝝ ĩ generatõe & generationẽ, uocauerũt [13] noĩb9 ſuis terras.
12 E t homo in magnificentia nõ dormiet [14], ſimilis factus eſt iumentis quæ exterminata fuerunt.
13 H æc uia illorũ inſipiẽtia [15] illis, & poſteri [16] ſui ore eoꝝ current. ſela.

[1] Danti æternitatem &c.
[1] Seculũ in q.ſ.tp̃s cõſumať & circũuoluiť, ſignĩcat tp̃s breue cito deficiens.
[3] Sapientias.
4. Locutio.
[5] Iniquitates quę non ponderantur.
[6] In fortitudĩe, uel ſubſtantia.
[7] Laudabuntur.
[8] Vn9 uľ fratrẽ nõ redimẽs redimet uir.
[9] Expiationem.
[10] Magnifica.
[11] Vt uiuat ãplius ĩęternũ ñ uideat foueã.
[12] Qm̃ uidebit.
[13] Noĩa ſua ĩ terris.
[14] In honore nõ morabiť filiis fact9 ẽ q̃drupedibus ſilẽtio miſſis, uľ ſiluerũt uel ſiles facti ſunt.
[15] Fiducia, uľ pinguedo.
[16] Et poſt eos. i. q ſeq̃nť ore ſuo, uľ iuxta eos narrabũt uel cõplacebũt uľ uolent.

[17] Submersi sunt. 14 Velut oues in fouea positi sunt[17], mors depascet eos, & dominabuntur ipsis recti in mane, & fortitudiné[18] eorũ consumet fouea pro habitaculo suo.

[18] Et figura eorũ ut faciat ueterascere uel cõsumere foueã .i. tãdiu manebũt in ĩferno quod prius cõsumat fouea & ĩfernus q̃ eorũ forma uel quod fouea cõsumet formã eorũ uel dolor eorũ, siue afflictio ut faciat ĩ ueterascere foueã, uel ecõuerso, ex habitaculo .i. pro hitaculo q̃d hẽbant, uel quod fouea erit habiculum eorum.

15 Verũtamen deus redimet animã meam de manu foueæ, cum[19] acceperit me. sela.

[19] Qm̃ accipiet me.

16 Ne timeas cum diues factus fuerit uir, cũ[20] multiplicauerit gloria domus suæ.

[20] Qm̃ uidebit gloriam.

17 Quoniã non in morte eius accipiet omnia, non descendet post ipsum gloria eius.

18 Quin potius[21] animæ suæ in uita sua benedicet, & celebrabunt te cum[22] benefeceris tibi.

[21] Quoniam.
[22] Qm̃ bñfaciet tibi.

19 Venies usque in generationem patrum eius, usque in æternum non uidebunt lumen.

20 Homo in magnificentia & non intelliget, similis factus est iumentis quæ[23] exterminata sunt.

[23] In honore & non intelligit sicut iumẽta in silẽtiũ missa uel sises facti sunt.

Titulus psalmi quinquagesimi.

Psalmus Asaph[1].

[1] Congregantis.

Psalmus quinquagesimus.

1 Deus deus[1] dominus locutus est & uocauit terram, ab ortu solis usque ad occasum eius.

[1] Fortis.

2 Ex syon pfecte[2] pulchritudinis, deus splẽdide apparuit.

[2] Specie uel ornamẽto pulchritudinis.

3 Veniet[3] deus noster & nõ silebit, ignis in cõspectu eius deuorabit, & in circuitu eius turbine cõmot[9] est ualde.

[3] Veniat de[9] nr̃ & ne sileat.

4 Aduocabit[4] cœlos desup, & terrã ut iudicet pplm̃ suũ.

[4] Vocet.

5 Congregate mihi sanctos[5] meos, pcutientes fœdus meum super sacrificium.

[5] Plenos misericordia & gratia.

6 Et narrabũt cœli iustitiã eius, qm̃ deus iudex est. sela.

7 Audi popule meus & loquar, israhel & testificabor[6] in te deus deus tuus ego.

[6] Contestabor.

8 Non propter sacrificia tua arguam te, & holocausta[7] tua in conspectu meo semper.

[7] Qm̃ non dabis .s. mihi.

9 Non accipiã de domo tua taurũ, de caulis tuis hircos.

[9] Aleph secundũ quosdã nomen est proprium.

10 Qm̃ mihi[8] oẽs bestiæ syluæ, q̃drupedes ĩ mõtib[9] [9] mille

[8] Qm̃ meæ sunt.

11 Cognoui omnia uolatilia montium, & feræ[10] campi mecum sunt.

[10] Ziz significat oẽ aĩal siluestre.

12 Si esuriero non dicam tibi, quoniam meus est orbis terrarum & plenitudo eius.

13 Nunquid manducabo carnem taurorum, & sanguinẽ hircorum potabo.

14 Sacrifica deo cõfessionē,& redde altissimo uota tua.
15 Et uoca me i die tribulatiōis, eripiā te & glificabis me.
16 Impio autē dixit deus quid tibi ut enarres statuta mea, & assumas fœdus meum super os tuum.
17 Tu aūt odisti disciplinā,& proiecisti uerba mea post te.
18 Si uidisti furem & complacuisti [11] cum eo,& cum fornicatoribus portio tua.
19 Os tuū misisti [12] in malū,& līgua tua cōiūget [13] fraudē.
20 Sedebis contra fratrem tuum loqueris, contra filiū matris tuæ dabis calumniam [14].
21 Hæc fecisti & tacui existimasti me futuræ fore similem tibi,redarguā te & pparabo [15] ante oculos tuos.
22 Intelligite nunc [16] hoc obliuiscentes deum, nequando rapiam & non sit eripiens.
23 Sacrificans laudē honorificabit [17] me, & qui posuerit [18] itēr ostendam ei salutem dei.

[11] Cucurristi, uoluisti.
[12] Dimisisti ad maliciam.
[14] Opprobrium.
[15] Ordinabo ī oculis tuis.
[17] Glorificabit.
[13] Concinnabit dolū.
[16] Obsecro.
[18] Et illic iter faciam illū uidere in salute.

Titulus psalmi quinquagesimi primi

Vincenti psalmus dauid. Dum ueniret ad ipsum nathan propheta cum ingressus est ad bath sabach.

Psalmus quinquagesimus primus.

1 Miserere [1] mei deus secundum misericordiam tuam,secundum multitudinem miserationū tuarum dele transgressiones meas.
2 Plurimū [2] lauā me ab iniquitate mea,& a peccato meo munda me.
3 Qm̄ trāsgressiōes [3] meas ego cognoscā, & pctm̄ meum coram [4] me semper.
4 Tibi [5] soli peccaui & malū in oculis tuis feci,ut iustificeris [6] cū locutus fueris,appareas mūdus cū iudicabis.
5 Ecce in iniquitate genitus [7] sum,& in peccato cōcepit [8] me mater mea.
6 Ecce ueritatem dilexisti in intentionibus, [9] & in occulto sapientiam notam mihi facies.
7 Expiabis [10] me isopo & mundabor,lauabis me & supra niuem dealbabor.
8 Facies me audire iocunditatem & lætitiam,exultabūt ossa quæ contriuisti.
9 Absconde faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

[1] Gratiam cōcede uel redde uel gratificare ubicūq; hoc vbū seu deriuata ab illo reperit hoc idē signat.
[2] Multū.i.etiam atq; etiam.
[3] Rebelliōes.
[4] Ex aduerso mihi.
[5] Tibi soli tibi peccaui & illud malū &c.
[6] Purificeris uel iustifices.s.me uel purifices.
[7] Enixa est me.s.mr̄ uel cū dolores hēret ut me extra uterū emitteret uel cōcept[9] sum.
[8] Calefecit me .i.ppe cōcepcionem.
[9] In renibus uel cogitationibus.
[10] Mundabis eradicabis peccatum.

10 Cor mundum crea in me deus, & spiritum [11] rectum re nova intra me.
[11] Spũm stab'ē.

11 Ne proiicias me a facie tua, & spiritum sanctitatis tuæ ne auferas [12] a me.
[12] Accipias.

12 Redde mihi iocunditatem salutis tuæ, & spiritu [13] munifico sustentabis me.
[13] Spiritus munifi cus uł liberalis sustentabit me.

13 Docebo transgressores uias tuas, & peccatores ad te conuertentur.

14 Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, cantabit [14] lingua mea iustitiam tuam.
[14] Exultando cantabit.

15 Dñe labia mea apies, & os meũ annũciabit laudē tuã.

16 Quoniam [15] non optabis sacrificium & dabo, holocaustum non diliges.
[15] Qm̃ nõ concupisces uł diliges &c.

17 Sacrificia dei spiritus contritus, cor contritum [16] & humiliatum deus non despicies.
[16] Cor confractũ & contritum.

18 Bñfac [17] ĩ uolũtate tua syõ, & ædificabis mœnia hierłm
[17] Redde bonã in dilectione uel beneplacito tuo.

19 Tunc optabis [18] sacrificia iustitiæ oblationē & holocaustum, tunc [19] ascendent super altare tuum uituli.
[18] Diliges, uoles.
[19] Tũc offerent uł facient ascendere super altare tuum uitulos.

Titulus psalmi quinquagesimi secundi.

Vincenti [1] eruditiuum dauid. Cum ueniret doeg idumæus & indicauit Sauli & dixit illi. Venit dauid ad domũ achimelech.
[1] Effundenti sanguinem.

Psalmus quinquagesimus secundus.

1 Quid [2] gł͞aris in malitia potēs, mĩa dei tota die.
2 Prauitates [3] cogitabit lingua tua, sicut nouacula acuta [4] faciens fraudem.
[2] Quãtũ laudaris.
[3] Corruptelas confractiones.
[4] Purgata, polita.

3 Dilexisti malũ sup bonũ, falsitatē q̃ loq iustitiã. Sela.

4 Dilexisti oĩa uerba depssionis [5] lingua fraudis, etiã de9 destruet te in æternum, cõteret te, & abradet [6] te de tentorio, & eradicabit te de terra uitæ. Sela.
[5] Præcipitationis.
[6] Diruet te.

5 Et uidebũt iusti & timebũt, & super ipsum ridebunt.

6 Ecce [7] uir q non posuit deũ fortitudinē suã, & sperauit in mł͞titudīe diuitiaꝝ suaꝝ, corroborat9 [8] ē ĩ prauitate sua
[7] Ecce uir non ponet.
[8] Præualebit in cõfractione uel corruptela.

7 Ego aũt sicut oliua uiridis in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum & semper.

8 Confitebor tibi in æternum qm̃ fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonũ in [9] cõspectu sanctoꝝ tuoꝝ.
[9] Corã sacris tuis.

Nolim silentio pertransire interpretationē quorundam nominũ, quæ in huius psalmi titulo ponunt. Quorũ primũ doeg, est quod quidem interpretari formidantē, uel

sollicitum uel anxiũ minime dubitam⁹. Idumęã uero terrenũ, uel sanguinolentũ, uel rubeum, uelut cupientem humanum effundere sanguinem. Saulem uero postulatũ, siue foueam, siue infernũ significare asserimus. Achimelech uero compositũ ex pluribus dictionibus unusquisq; censebit. Quarum primã achi, dicemus. Secundã uero melech, Cuius primę q̃ uarię ac diuersę sunt significatiões. Nã qñq; fratrẽ significat, aliquando uero ignẽ. aliquando uero acrũ aliqñ enim adhesionẽ coniunctionẽue, aut societatem. aliquando tristitiã, aliquando lętitiam, aliquãdo affinẽ, aliquando unũ numero significat. Secundã uero dictionem regem siue consiliariũ. Nonnunq̃ uero astrum, uel natiuitatis figurã uel dęmonem significare minime ambigim⁹. Hęc aũt oĩa uelim dixisse, ut facilius rei seriem intelligas

ℭ Titulus psalmi quinquagesimi tertii.

ℭ Vincenti [1] super hæreditatem [2] eruditiuũ [3] dauid.

[1] Danti æternitatem &c.
[3] Prudens &c.
[2] Infirmitatem.

Psalmus quinquagesimus tertius.

1 Dixit insipiens in corde suo non est deus, corrupti [4] sunt abominabilem operati sunt iniquitatẽ, non est faciens bonum.

2 Deus de cœlo respexit super filios homĩs, ut uideat an sit intelligens requirens deum.

3 Vnusquisq; [5] cõuersus est retrorsum simul corrupti sũt, non est faciens bonum non est etiam unus.

4 Nonne cognouerunt opantes iniquitatẽ, deuorãtes populũ meum comederũt panem, deũ nõ inuocauerũt.

5 Illic trepidauerunt timore ubi nõ fuit timor, quoniam deus dispersit ossa castrametantis [6] aduersum te, confudisti [7], q̃m deus abominatus est illos.

6 Quis dabit ex syon salutẽ [8] israel, dũ [9] cõuertet deus captiuitatẽ populi sui, exultabit iacob, lætabiť israel.

[4] Corruperunt uiam suam scilicet.
[5] Totus ipse cõuersus est retrorsum, simul inutilis, uel fœtentes facti sunt.
[6] Morantis, manẽtis.
[7] Confudisti.i. inimicos tuos.
[8] Saluationes.
[9] Dũ deducet, uľ gescere faciet.

Huius psalmi tituli secundam dictionem diuersi diuersimode exponunt. Nam aliqui eam interpretanť pro congregatione. Alii uero pro choro. alii pro infirmitate, uel pro hæreditate (ut in quinto psalmo diximus) significare asserunt. Alii uero nomen cuiusdam instrumẽti musici iudicant. Verum chaldaica translatio sic ait. Ad laudandum super ultionem impiorum qui perturbant hæreditatem domini intellectus bonus per manum dauid.

ℭ Titulus psalmi quinquagesimi quarti.

ℭ Vincenti [1] in canticis [2] eruditiuum [3] Dauid. Dum uenirent ziphæi, & dicerent Sauli. Nonne Dauid absconditus [4] est apud nos.

[3] Prudens &c.
[1] Danti æternitatem.
[2] In instrũis musicis.
[4] Absconditus est nobiscum.

Psalmus quinquagesimus quartus.

1 Deus in nomine tuo saluum me fac, & in potentia tua uindicabis [5] me.
2 Deus exaudi orõnẽ meã, auribus pcipe uerba oris mei.
3 Qm̃ extranei insurrexerũt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam, & non posuerunt deum ante cõspectum suum. sela.
4 Ecce deus adiuuat me, dñs cũ [6] sustinẽtibus aĩam meã.
5 Reddat [7] malum tribulantibus me, ĩ ueritate tua [8] disperde illos.
6 Cum [9] munificentia sacrificabo tibi, celebrabo nomen tuum domine, quoniam bonum.
7 Quoniam ex omni tribulatiõe eripuisti me [10], & in inimicos meos despexit oculus meus.

Prætereundũ silentio minime censui, qm̃ nomen, ziph, a quo ziphæi deriuanẽ picem significare minime ambigimus, licet quidã locus reperiaẽ in sacra scriptura, qui hoc nomine nuncupaẽ. Nam afferunt iudæi desertum illud, ziph nuncupari, eo ꝙ illic pix fieret. Nec magis te nescire uelim, ꝙ uerbũ quinti uersus huius psalmi scilicet, conuertaẽ, quod alio modo legiẽ, alio modo scribiẽ. Nam legiẽ reddat (ut in psalmo positum est) scribitur uero conuertatur (ut in margine inseruimus)

[5] Et in uirtute tua iudices me. i. iudiciũ meũ accipies.
[6] Inter sustentãtes animam meam.
[7] Conuertat, uel conuertatur.
[8] Respicietib' me aduerso oculo, ad pernicionem perduc illos.
[9] Cũ quadã aĩe liberalitate offerã, & significat oblatio nẽ spontaneã mẽtis.
[10] Et in inimicis meis uidit. i. ultionẽ oculus meus uel torue respexit.

Titulus psalmi quinquagesimi quinti.

Vincenti [1] in canticis [2] eruditiuum dauid.

Psalmus quinquagesimus quintus.

1 Ausculta [3] deus orationem meam, & ne abscondaris a tribulatione mea.
2 Attende mihi & responde mihi, lamentabor [4] in deprecatione mea & strepitum faciam.
3 A uoce inimici, a cõspectu coartationis [5] impii, quoniã dimittẽt [6] sup me iniquitatẽ, & cũ ira odio habebũt me.
4 Cor meum contremiscit [7] intra me, & timor mortis cecidit super me.
5 Timor & tremor uenerũt [8] sup me, & opuit me horror.
6 Et dixi quis dabit mihi alam uelut colũbæ, uolabo & requiescam.
7 Ecce elongabo [9] transmigrationem, dormiam in deserto. sela.
8 Accelerabo [10] fugã mihi, a spũ uehemẽti a tẽpestate.
9 Præcipita [11] domine diuide linguam eorum, quoniam

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] Instrũis musicis.
[3] Auribus pcipe.
[4] Vlulabo mouẽs me huc & illuc in meditatiõe doloris mei, uel cũ locutione mea.
[5] Tribulationis.
[6] Cadere facient.
[7] Præ dolore.
[8] Venit ĩ me, & opuit me timor uel terror, sicut colũba uolabo & habitabo.
[9] Ecce elõgabo ut transmigrẽ morabor in solitudine.
[10] Faciã accelerare euasionẽ, uel liberatiõem mihi a spũ cõmotiõis q̃ solẽt euelli solent arbores a turbine.
[11] Deprime, pme.

uidi iniquitatem, & contentionem in ciuitate.

10 Die ac nocte circundabunt eã super mœnia eius, & iniquitas & afflictio intra ipsam.

11 Prauitates [11] intra ipsam, & non declinabit [13] de platea eius iniquitas & fraus.

12 Qm̃ nõ inimicus exprobrabit mihi & sustinebo [r], non odio hñs me sup me magnificauit, & absc̃õdar ab illo.

13 Tu autem uir secundum [13] ordinem meum, doctor meus & notus meus.

14 Qui simul edulcemus [14] consilium, in domum dei ambulabimus cateruatim.

15 Irritet [15] mortẽ super illos descendant ad infernũ uiuentes, qm̃ mala in habitatione eorũ in interiori [16] eorũ.

16 Ego ad deum clamabo, & dominus saluabit me.

17 Vespere & mane & meridie loquar & strepitum faciã, & exaudiuit uocem meam.

18 Redemit in pace aĩam meã a p̃lio [17] quod erat mihi, quoniã cum [18] multis fuerunt aduersum me.

19 Exaudiet de⁹ & hũiliabit illos & hitans ab initio Sela. quoniã nõ uariationes [19] ipsis, & nõ timuerũt deum.

20 Misit man⁹ suas ĩ pacificos suos, maculauit fœdus suũ.

21 Molle [21] fuit supra butyrũ os ei⁹ & itimũ cordis eius, leniora fuerũt uerba eius supra oleũ, & ipsi sunt gladii.

22 Iacta super dñm onus tuũ, & ipse sustentabit te, non dabit in æternum [21] lapsum iusto.

23 Tu aũt deus deduces [22] illos in puteum foueæ uiri sanguinũ & fraudis non attingent [23] dimidium dierũ suorum, ego autem sperabo in te.

¶ Titulus psalmi quinquagesimi sexti.

¶ Vincẽti [1] sup columbã muti longinquorũ dauid insigne [2] dum caperent ipsum philistei in gath.

Psalmus quinquagesimus sextus.

1 Miserere mei deus qm̃ absorbuit [3] me homo, tota die prælians [4] coartabit me.

2 Absorbuerunt [5] tribulantes me tota die, qm̃ multi bellantes aduersum me excelse.

3 Per [6] diem timebo, ego in te sperabo.

4 In deo laudabo uerbum [7] eius, in deo speraui non timebo quid [8] faciet caro mihi.

Marginalia (left):

[10] Confractiões. Non auferet.

[11] parcam.

Suaue insba[?] ... uelicieba[?] ... cõsiliũ ca[?] ... uatim. i. cũ ... ximo po[?] ... li strepitu.

[18] Ne appropinqret mihi.

[21] Cõmoueri iustum

[22] Facies illos descendere.

[23] Dimidiabũt.

[5] Cõculcauerũt.

Marginalia (right):

[13] Iuxta dignitatẽ meam. i. habitus honore ut ego dux uł comes meus.

[15] Instiget uł necessitet. i. deus uel necessitetur mors &c.

[16] Medio.

[18] In multis fuerunt mecum.

[19] Variationes ipsi.

[21] Molles fuerunt butyri oris eius & bellũ cor eius leniora fuerunt ỽba ei⁹ sup oleũ & ipsa maledictiones uł lenitates uł prælia.

[1] Effundẽti sanguinẽ.

[2] Plaga immaculati.

[3] Conculcauit me.

[4] Impugnans bellãs.

[6] Die qua timebo.

[7] Rem suam.

[8] Quid faciat.

5 Tota die uerba mea execrabunt, [9] aduersum me omes cogitationes eorum in malum.

6 Congregabuntur abscōdentur, [10] ipsi calcanea mea ex pectabunt, [11] cum expectauerunt animā meam.

7 Propter [12] iniquitatem liberatio illis, in ira populos deduc [13] deus.

8 Discursus [14] meos numerasti tu, pone lachrymā meam in utre tuo, nunquid [15] non in numero tuo.

9 Tunc conuertentur inimici mei retrorsum, in die qua clamabo hoc cognoui, quoniam deus mihi.

10 In deo laudabo uerbū, [16] in dn̄o laudabo sermonē [17].

11 In deo speraui, non timebo quid faciet homo mihi.

12 Super me deus uota tua, reddam laudem tibi.

13 Quoniam eripuisti aīam meā de morte, certe pedes meos a lapsu [18], ut ambulem coram deo in lumine uitæ.

[9] Contristabūt, af fligent uel cōtristare facient.
[10] Insidias ponent uel innuent.
[11] Vestigia mea obseruabunt.
[12] Sup iniquitate .i. p iniquitate libe rabūt & habebūt præmium.
[13] Humilia fac descendere.
[14] Trāsmigratiōnē uł uagationē.
[15] Certe in libro uł ciphra tua.
[16] Rem. i. q̄d cūq; acciderit.
[17] Rem.
[18] Nunqd non pedes meos ab impulsu.

Huius tituli nomina nulla indigere expositiōe arbitror. Nam quis sit mutus longinquorū, unicuiq; notum censeo. Scio enim ī cuius persona noster citharœdus alibi dixit, factus sum sicut mutus non aperiens os suum. Scio deniq;, cui alba uestis imponit. Et quęnam lōginquior regio quā thronus dei ad quē nullis corporis gressibus accedere ualemus, a quo ut nostram incoleret regionem nō dedignatus humanam assumere carnem totq; sufferre tormenta, ut nos redimeret noster redemptor descēdit. Seruans nihilominus gloriam, potestatem, ac sapientiam pātri coæqualē & coæternā. Quam aūt huius muti columbam assignabimus, nisi ecclesiam, quæ posita in tribulatiōibus clamat ad deum, ut auxiliū afferat. Cętera uero omnia (ut in psalmo decimo sexto, & octauo) exposita reperies. Cæterum Philistei quid significēt, ex teipso animaduertere poteris. Nam quandoq; alienigenas, quandoq; uero horrorem siue obscuritatem, aliquando autē obuolutiones, uel populum inimicum dei importat.

¶ Titulus quinquagesimus septimus.

¶ Vincenti [1] ne dissipes [2] dauid insigne [3] dū fugeret ip̄e a conspectu Saulis in spelunca.

[1] Danti æternitatem.
[2] Disp̄das, corrūpas.
[3] Plaga perfecta.

Psalmus quinquagesimus septimus.

1 Miserere mei deus miserere mei quoniam confidit in te anima mea, & in umbra alarum tuarum sperabo donec transeat [4] prauitas.

2 Clamabo ad deum altissimum, ad [5] deum retribuentem super me.

[4] Transeant confractiones.
[5] Ad deū q̄ perficit super me q̄d. s. promisit.

3 Mittet de cœlo & saluabit me ex obprobrio [6] absorbẽtis me. Sela, mittet de⁹ misericordiã suã & ueritatẽ suã.
4 Anima mea in medio leonum, iacebo in medio inflãmantium [7] in medio filiorũ hominis, quorũ dentes lancea & sagittæ & lingua eorum framea acuta.
5 Exaltare super cœlos deus, super terrã gloria tua.
6 Rete parauerũt gressibus meis, icuruauit [8] aiam meã, foderũt [9] i cõspectu meo foueã, ceciderũt ĩtra ipam, sela
7 Paratum [10] cor meum deus paratum cor meum, cantabo & psallam.
8 Exurge [11] gloria mea exurge nablum [12] & cithara, excitabo auroram.
9 Celebrabo te in populis domine, psallã tibi in regnis.
10 Quoniã magna usq; ad cœlos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas tua.
11 Exaltare super cœlos deus, sup oẽm terrã gloria tua,

[6] Opprobrio. s. erit absorbens me.
[7] Præcipitantium festinantium.
[8] Depssit deflexit.
[9] Inciderunt.
[10] Directum.
[11] Viola uulgarit dr.

...citare.

Titulus psalmi quinquagesimi octaui.

Vincenti [1] ne dissipes Dauid insigne [2].

Psalmus quinquagesimus octauus.

1 AN certe mutam [3] iustitiam loquemini, recta iudicatis filii adam?
2 Etiam in corde iniquitates operamini in terra, prauitatem [4] manus uestræ æquilibrabunt.
3 Alienati [5] sunt impii a uulua, errauerunt ab utero loquentes mendacium.
4 Furor [6] illis sm similitudinem furoris serpentis, uelut aspis surdus obturabit aurem suam.
5 Vt [7] non audiat uocem incantantium, uenefici incantantis incantationes docti [8].
6 Deus contere [9] dentes illorum in ore eorũ, molares catulorum leonum confringe [10] domine.
7 Liquefiant, [11] uelut aqua abeant ipsi, dirigent sagittas suas sint [12] ac si confringerentur.
8 Velut [13] coclea, quæ liquefit perget, uelut abortiuũ uelut talpa quæ non uiderunt solem.
9 Priusquam [14] crescent spinæ uestræ in rhamnum, sic uiuentem sic ira turbine rapiat eum.
10 Lætabitur iustus quoniam uidit ultionem, plãtas [15] suas lauabit in sanguine impii.

...anti æternita... ...n &c.

...Mutã qm̃ nõ ...ifestatis illã ...uticq; ut ma... ...pul⁹. i. cõgre... ...tio inimico... ...iusticiã loq... ...ini rectitudi... ...s iudicabitis.

...Abominabi... ...serunt.
[5] Velut unda ...naris ĩpet⁹ aq̃ ...t alue⁹ quẽ flu... ...tus corroserẽ ...iq̃fact⁹ ambu... ...et abortiuum mulieris nõ ui... ...derunt solẽ.
[15] Vestigia eius.

[3] Plaga ĩmaculati &c.
[4] Rapinã manib⁹ uestris ponderabitis.
[5] Cõuersi st̃ retrorsũ.
[6] Exæstuatio.
[7] Qui non audit uocẽ murmurantium.
[8] Sapientis.
[9] Excute, euerte.
[10] Disrũpe, dissipa.
[12] Intendãt sagittas suas ac si ĩcenderẽt. i. nullũ dãnũ faciãt, sed frangant in itinere.
[14] Anteq̃ ĩtelligãt. i. pueniãt ad eã pfectio nẽ spĩç ur̃ç. s. recentes spinã. i. ut sit spina robusta & arida, ul̃ añq̃ ĩtelligãt ollç ur̃ç spinã. i. pcipiãt ignẽ spinar; q uelociter ptrãsit ut crudũ, ul̃ sic crudũ. i. uelut caro cruda ñ pcepit ignẽ illũ, qm̃ subito discessit sic ira tẽpestate ul̃ uelut ira ul̃ cũ ira molestet uel destruat ipsum.

11 Et dicet homo utiq; est fructus iusto, utiq; est [16] deus iudex in terra.

Ↄ Titulus psalmi quinquagesimi noni.

Ↄ Vincenti [1] ne disperdas [2] Dauid insigne, dum mitteret Saul & custodirent domum ut occiderent eum.

Psalmus quinquagesimus nonus.

1 ERipe me de inimicis meis deus meus, ab insurgentibus in me proteges [3] me.

2 Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris sanguinum salua me.

3 Quoniam ecce insidias parauerunt animæ meæ, congregati [4] sunt aduersum me fortes, non transgressione mea & non peccato meo domine.

4 Sine [5] iniquitate current, & præparabuntur, exurge obuiam mihi & uide.

5 Et tu dñe deus exercituum, deus israel exurge ad uisitandas omnes gentes, ne miserearis omnibus præuaricantibus iniquitate. sela.

6 Reuertentur ad uesperam, tumultuabũtur uelut canis, & circuibunt ciuitatem.

7 Ecce [6] loquentur cum ore suo, frameæ in labiis eorum, quoniam quis audit?

8 Tu aũt domine irridebis eos, subsannabis [7] oẽs gẽtes.

9 Fortitudinẽ eius tibi seruabo [8] q̃m deus, ptẽctio mea.

10 Deus misericordia [9] sua præueniet me, deus [10] ostendet mihi in aduersarios meos.

11 Ne occidas illos ne forte obliuiscatur populus meus, disperge [11] illos in uirtute tua, & depone eos protector noster domine.

12 Peccatum oris eorum uerbum labii eorum, & cõprehendantur in superbia eorum, & de maledictiõe [12] & de mendacio narrabunt.

13 Consume in furore consume, & non sint, & cognoscent q̃m deus dominatur in iacob in finibus terræ. sela.

14 Et reuertentur ad uesperam tumultuabuntur uelut canis, & circuibunt ciuitatem.

15 Ipsi [13] uagabũtur ut comedant, si non fuerint saturati & dormient.

16 Ego autem cantabo fortitudinẽ tuam, & canã [14] in ma

[16] Sũt dii iudices.

[1] Dans æternitatem.

[2] Plaga immaculati.

[3] Exaltabis, corroborabis.

[4] Cõgregabũt aduersũ me robusti nõ trãgressio mea & non peccatum meum. s. est.

[5] Absq; iniqtate. s. mea currẽt & p̃parabũt uel stabilientur uel dirigent.

[6] Ecce scaturient, uel murmure loquentur.

[7] Deludes.

[8] Ad te mittã uel custodiã ut. s. eripias me.

[9] Misericordia mea.

[10] De⁹ oñdet mihi in toruũ respicientes me.

[11] Amoue uel fac illos ire uagos & profugos p exercitũ tuũ & humiliã eos scutũ nostrum.

[12] De execratione & de macie.

[13] Illi uagabunt uelut pfugi ut comedãt certe nõ saturabunt & dormient uel facient illos ire uagos uel mouebunt ut comedãt cũ non fuerint saturati nõ dormiẽt

[14] Exultabo.

ne misericordiam tuam,qm̄ fuisti protectio mihi & refugium in die tribulationis meæ.

17 Fortitudo mea tibi psallam,qm̄ deus protectio mea deus misericordiæ meæ.

Titulus psalmi sexagesimi.

Vincenti [1] super lilium [2] testimonii insigne [3] Dauid ad docendum. Dum præliaretur cum aram naharaim & cum aram Zoba, & reuersus est Ioab & percussit edom in ualle salis duodecim millia.

[1] Effundenti sanguinem &c. [2] Super flore. [3] Plaga immaculata.

Psalmus sexagesimus.

1 Deus dereliquisti [4] nos destruxisti nos, iratus es, deficies [5] a nobis ?

2 Commouisti [6] terram, confregisti eam, sana contritiones eius [7] quia cōmota est.

3 Ostendisti pp̄lo tuo dura, potasti nos uino anxifico [8].

4 Dedisti timentibus te signum [9], ut exaltarentur propter ueritatem. sela.

5 Vt eripiantur [10] dilecti tui salua dexteram tuam, & responde mihi.

6 Deus locut⁹ est in sanctitate sua, lętabor, partiar sichem & conuallem zucoth dimetiar.

7 Meus [11] est galahad, & meus est manasses, & effraim fortitudo capitis mei iuda dux [12] meus.

8 Moab olla ablutionis meæ, super edom extendam calciamentum [13] meum, super [14] me philistea iubila.

9 Quis deducet me in ciuitatem munitionis, quis direxit me usq; in edom.

10 Nonne [15] tu deus dereliquisti nos, & nō egredieris cum exercitibus nostris.

11 Da nobis auxilium de tribulatione, quia uanitas salus ab homine.

12 In deo faciemus uirtutem, [16] & ipse conculcabit tribulantes nos.

[4] Oblitus es nr̄i cōfregisti uel diruisti nos. [5] Rebellis eris nobis ul' cōuertaris ad nos, p modū dep̄cationis uel cōuerteris ad nos .i.nō facies ut antea. [6] Vt træmotu. [7] Cōfractiones. [8] Mœstitię & anxietatis. [9] Dedisti pp̄lo tuo tētationē ut tētarētur uel signū ut signarētur a cōspectu ueritatis. [10] Vt liberētur dilecti tui salua dextera tua. [11] Mihi galahad & mihi. [12] Princeps meus. [13] Proiiciā calciamentum. [14] Aduersum me philistea congregare uel fac societatē uel mecum coniungere. [15] Certe. [16] Exercitum.

Vellem aduersarios nostræ fidei īterrogare, quemadmodum hunc psalmū pro uictoria Dauid, quā erga proprios habuit inimicos asserant, cū ciuitatē munitionis romam nuncupent. Vel Tyrum iuxta chaldaicā translationē. Roma etenim Ezechiæ regis iudę tpe initium habuit, Tyrus uero semper & tpe ipsius Dauid, & filii sui Salomonis, iudęis (ut in regum codice lucidius sole patet) amicissima fuit, & pacis fœdere cōiuncta. Quomodo ergo Dauid in ci-

uitatẽ munitionis optat deduci? Quomodo clamat aduersus deum tpe uictoriæ? Quippe minimã illã iacturã, quam ibi recepisse asserũt, cũ interemptus fuisset Vrias, ipso uolente recepit. Quõ liliũ testimonii adaptare possunt? Nos igit̃ pro apostolorũ psecutiõe Dauid prophetam hunc psalmũ cõposuisse asseremus. Qui nam uiri lilia testimonii fuerint, oportunũ enarrare mĩme arbitror. Atq; idcirco nõ incongrue ad docendũ, uel erudiendum positũ fuit. Quid aũt aram duorũ fluminũ. Quid aũt arã timoris, inflatiõis, supbię, necnõ arrogãtię significet, ut in nuat unusquisq; prudentis ingenii aĩaduertere poterit.

℄ Titulus psalmi sexagesimi primi.

℄ Vincenti [1] super canticum [2] dauid.

Psalmus sexagesimus primus.

[1] Effundenti sanguinem.

[2] Super instrumẽtum musicum.

1 Exaudi deus clamorem meũ, intende orationi meæ.

2 Ab extremo terræ ad te clamabo, dũ [3] uolutabitur cor meũ in petrã quæ exaltabit̃ sup me, deduces me.

3 Qm̃ fuisti spes mihi, turris fortitudis a facie inimici.

4 Habitabo in tentorio tuo per secula, cõfidam in occulto alarum tuarum. Sela.

5 Quoniam tu deus exaudisti uota mea, dedisti hæreditatem timentium [4] nomen tuum.

6 Dies super dies regis adiicies, anni eius uelut generatio & generatio.

7 Habitabit [5] in æternum in cõspectu dei, misericordiã [6] & ueritatem præpara, custodient illum.

8 Sic psallam nomini tuo in æternum, ut soluã uota mea de die in diem.

[3] Dũ angetur cor meum in rupem altiorem me diriges me.

[4] Timentibus.

[5] Sedebit uel permanebit.

[6] Misericordia & ueritas a.s. dño custodient illum.

Nollem ea, quę fidei nõ modicũ fauẽt nr̃ę, silentio pertrãsire. Pręsertim quũ hostes propriis telis interimere, dissipare ualemus, ut ipsemet propheta Guliam peremit. Siquidẽ chaldaica trãslatio pręcedentis psalmi titulũ exponẽs ait. Ad laudandũ sup antiquũ testimoniũ filiorũ iacob, & laban aramei. p manũ Dauid ad docendũ uel innuendũ magnũ sacramentũ. Necnõ penultimũ atq; ultimũ huius psalmi uersus exponens inquit. Sedebit in secula in cõspectu dñi bonitas atq; ueritas a dño mũdi custodiet ipm̃. Idcirco laudabo nomen tuũ in secula, quũ reddã uota mea in die redemptionis israel, & in die, qua ungetur rex Messias, ut sit rex. Quibus in uerbis testat̃ chaldaica translatio contentionẽ Iacob cum laban, figuram fuisse alterius contentionis fidelis scilicet populi & infidelis & forte affinium. Apostolos nanq; ex iudæa expulsos, extra proprios eiectos lares, iudæi affines persequunt̃. Verum secũdũ

matrem, quæ terra est & sanguis. Non autem ſm patrem, qui deus est & spiritus, affines nuncupamus. Nec minus redemptionem anhelat concupiſcit ac desiderat, ut uota ꝓpria reddere poſſit, quā eo tempore futuram iudicat, quū rex Meſſias regnabit.

undēti ſan nem. erūtn̄ ad de ſilet uľ ſilē- expectat.

Titulus pſalmi ſexageſimi ſecundi.

Vincenti [1] ſuper ieduthun [2] pſalmus Dauid.

[1] Nomen inſtrumēti.

Pſalmus ſexageſimus ſecundus.

1 Certe [3] ad deū reſpicit aīa mea, ab ipſo ſalus mea.
2 Certe [4] ipſe rupes mea & ſalus mea, protectio mea non [5] elabar ualde.
3 Vſquequo cogitabitis [6] prauitates ſuper uirum, occidemini oēs uos ſicut paries inclinatus maceries expulſa.
4 Certe [7] propter exaltationem eius inierunt conſilium, ut expellant.
5 Affectabunt [8] mendaciū, cum ore ſuo benedicent & cū intimo eorum maledicent. Sela.
6 Certe [9] ad deū reſpice aīa mea, qm̄ ab ipſo ſpes mea.
7 Certe [10] ipſe rupes mea & ſalus mea, protectio mea nō elabar.
8 In deo [11] ſalus mea & gloria mea, rupes fortitudīs meæ ſpes mea in deo.
9 Sperate in eo omī tempore, populi effundite coram illo cor ueſtrum, deus ſpes noſtra, Sela.
10 Certe uanitas [12] filii adam, mendaciū filii uiri, in [13] ſtateris ut aſcendant ipſi magis uanitate ſimul.
11 Nolite ſperare in calumnia & rapina, nolite [14] fieri uanitas, diuitiæ [15] quū affluant nolite cor apponere.
12 Semel [16] locutus eſt deus, bis hæc audiui quoniam fortitudo dei eſt.
13 Et tibi domine miſericordia, quoniam tu reddes uiro ſm opera eius.

[4] Verumtamen.
[5] Non mouebor multa. i. tribulatiōe uľ lapſu magno.
[6] cogitationes uas uel con gabimī uel uetis uľ pra efficiemini.
[7] Verūtn̄ ꝓ altitudīe eius. i. q̄a timēt ipſum exaltari.
[8] Optabūt uel uolent uel complacebunt.
[9] Verūtn̄ ad de n ſilet. i. ſile. i. ctio expecta. Super deo.
[10] Verumtamen.
[12] Verūtn̄.
[13] In trutinis ut aſcendant. i. ſi ponant̄ in altero latere ſtateræ & uanitas ī altero latere ipſi ſiľ. i. hoīes aſcēdēt. i. minus pōderabūt q̄ uanitas.
[14] Ne efficia nini uanitas.
[15] Diuitię ſi a- būdauerint.
[16] Vna. ſ. uice duab⁹. i. uicib⁹ uľ unā. ſ. legē locutus ē deus binas has audiui. i. meſſiæ.

Titulus pſalmi ſexageſimi tertii.

Pſalmus dauid dum eſſet in deſerto iudæ.

Pſalmus ſexageſimus tertius.

1 Deus deus meus tu quæram [1] te, ſitiuit te anīa mea concupiuit [2] te caro mea, in terra [3] ſolitudinis & ſitibunda abſq; aquis.
2 Sic in ſanctitate uidi te, ut uiderem fortitudinem tuam & gloriam tuam.

[1] In aurora uľ diluculo quærā te uel ſurgā ad uiſitandum te.
[2] Quantum. i. q̄ multipliciter.
[3] Siccitatis & ſitibundus uel laſſus.

3 Quoniam melior est misericordia tua super uitam, labia mea laudabunt te.

4 Sic benedicam te in uita mea, in nomine tuo extollam palmas meas.

5 Sicut [4] adipe & pinguedine satiabitur anĩa mea, quum labiis exultationis laudabit os meum.

6 Certe [5] memor fui tui super strata mea, in uigiliis [6] meditabor in te.

7 Quoniam fuisti auxilium mihi, & in umbra alarũ tuarum cantabo [7].

8 Adhesit anima mea post te, in me sustentata est [8] dextera tua.

9 Et ipsi ad [9] deuastationem quærent animã meam, introibunt in inferiora terræ.

10 Distrahant [10] illum sup gladiũ, pars uulpiũ erunt.

11 Rex aũt lætabitur in deo, laudabit oĩs [11] qui iurat in illo, qm̃ obstruetur os loquentiũ falsum.

[4] Velut adeps & piguedo faciabis aiam meã & labia .i. cantica &c.
[5] Si, ul' cũ memor fui tui.
[6] In custodiis uigiliarum.
[7] Exultabo.
[8] Me sustinuit.
[9] In strepitu ul' cũ strepitu.
[10] Faciãt illũ ruere ul' curreř ul' secari p manus gladii.
[11] Oĩs adiuratus.

Titulus psalmi sexagesimi quarti.

Vincenti [1] psalmus dauid.

Psalmus sexagesimus quartus.

1 Exaudi [2] deus uocem meam in narratione [3] afflictionis meæ, a timore inimici custodies uitã meã.

2 Abscondes me a secreto malignantiũ, a tumultu [4] operantium iniquitatem.

3 Qui exacuerunt uelut gladium linguam suam, direxerunt [5] sagittam eorum, rem amaram.

4 Vt sagittent in occultis immaculatũ, subito sagittabũt illum & non timebunt.

5 Corroborabunt [6] sibi sermonẽ nequã, narrabũt ut abscondant laqueos, dixerunt quis uidebit eos?

6 Scrutabuntur occasiones [7] perfecerunt [8] scrutiniũ inuestigatum, & interius uiri, & cor profundum.

7 Et sagittauit illos de [9] sagitta repẽte, fuerũt [9] plagæ eoꝝ.

8 Et fecerunt corruere super eos linguam suam, cõmouebuntur [10] omnes respicientes ipsos.

9 Et uidebunt oĩes hoĩes, & narrabunt opus dei, qm̃ [11] opus eius intellexerunt.

10 Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

[1] Effundenti sanguinem &c.
[2] Audi.
[3] In locutiõe meã.
[4] A congregatiõe tumultuosa.
[5] Intẽderũt uel tẽdeřt sagittã suã uerbũ amaꝝ ul' ꝟbo amaro.
[6] Cõfortabũt sibi rem malam.
[7] Iniquitates.
[8] Abscõderũt scrutiniũ iuestigatũ & intimũ uiri ul' intra uiꝝ & corde profundo.
[9] Fueřt uulnera .i. cã uulneꝝ suoꝝ.
[10] Mouebunř admiratione capitis motu oĩs respiciens in ipsis.
[11] Et opus.

Titulus psalmi sexagesimi quinti.

[1] Danti æternitatem &c.

Vincenti [1] psalmus dauid canticum,

Psalmus sexagesimus quintus.

1 TE. [2] decet laus deus in syon, & tibi reddet̃ uotum.
2 Exaudiens orõné, usq; ad te oĩs caro ueniet.
3 Verba delictorũ præualuerunt super [3] nos, transgressionibus [4] nostris tu propitiaberis.
4 Beatus quem elegeris & propinquum tibi reddes, habitabit in atriis tuis, satiabimur bonitate [5] domus tuæ sãcto templi tui.
5 Terribiliter [6] cum iustitia respondebis nobis deus salutis nostræ, spes oĩm extremorũ terræ & maris lõginq [7].
6 Præparans [8] mõtes in uirtute sua, accinctus potentia.
7 Compescens fremitum marium, murmur undarũ eorum, & multitudinem populorum.
8 Et timebunt inhabitantes extrema a signis tuis, egressus [9] matutini & uespere cantare facies.
9 Visitasti terram, & irrigasti [10] eam, plurimũ ditasti eã, riuulus dei repletus est aquis, præparabis frumentũ eorum, quoniam sic præparabis eam.
10 Sulcos eius inebria [11], æqua cumulos eius, imbribus lubricam eam redde, germini eius benedices.
11 Coronasti [12] annum bonitatis tuæ, & uestigia tua stillabunt pinguedinem.
12 Stillabunt habitacula deserti, & exultatione colles accingentur.
13 Vestient planicies pecora, & ualles operientur frumento, iubilabunt atq; canent.

[2] Tibi silet uł tibi formosa uel te expectat laus &c.
[3] Super me.
[4] Trãgressiões nr̃as tu expiabis.
[5] In bonitate.
[6] Terribilib⁹. i. opib⁹
[7] Longinquorum.
[8] Stabiliens.
[9] Egressibus mane & uespe facies exultare.
[10] Postq̃ cõcupiuit eã .s. aquã multũ ditasti eã ex riuo dei pleno aqs diriges ł stabilies bladũ eorꝝ q̃m sic stabilies uel diriges eã.
[11] Abundantia reple hũilia ripas uel aggeres ei⁹ uł fac descẽdere imbribus fac eam defluere &c.
[12] Coronabis annum bonitate tua & uestigia tua dulcedine guttabũt, uel emanabũt.

Titulus psalmi sexagesimi sexti.

[1] Danti æternitatem &c.

Vincenti [1] canticum psalmi.

Psalmus sexagesimus sextus.

1 IVbilate deo omnis terra.
2 Psallite [2] gloriæ noĩs eius, ponite gloriã laudẽ [3] eius.
3 Dicite deo q̃ terribilis [4] operibus tuis, in multitudine fortitudinis [5] tuæ mentientur tibi inimici tui.
4 Oĩs terra adoret te & psallat tibi, psallat noĩ tuo. sela.
5 Venite & uidete opa dei, terribilis [6] ope sup filios adã.
6 Conuertit mare in aridam, per flumen transibunt pede, ibi lætabimur in ipso.

[2] Psallite cãtate honorem nomini eius.
[3] Laudis eius.
[4] Quã terribilia opera tua.
[5] Virtutis.
[6] Terribilis studio.

7 Dominatur [7] in potentia sua seculo, oculi eius gentes aspicient, rebelles non exaltabunt [8] in semetipsis. Sela.
8 Benedicite populi deo nostro, & auditam facite uocē laudis eius.
9 Qui posuit animam nostram in uita, & non dedit in cōmotionem pedes nostros.
10 Quoniam probasti nos deus, examinasti nos sicut examinatur argentum.
11 Introduxisti nos in laqueum, posuisti angustiam [9] in lumbis nostris.
12 Imposuisti [10] hominem capiti nostro, ingressi sumus in ignem & aquam, & eduxisti nos in abundantiam [11].
13 Ingrediar domum tuam cum holocaustis, reddam tibi uota mea.
14 Quæ [12] distinxerūt labia mea, & locutum est os meum in tribulatione mea.
15 Holocausta pinguiū [13] offeram tibi cū thure [14] arietū, faciam boues cum hircis. Sela.
16 Venite audite & narrabo omnes qui timetis deū, quæ fecit animæ meæ.
17 Ad ipm ore meo clamaui, & exaltat9 est sub ligua mea.
18 Iniquitatem si uidi in corde meo, nō exaudiet dñs.
19 Certe [15] exaudiuit deus, intendit uoci orationis meæ.
20 Benedictus deus qui non abstulit [16] orationem meam, & misericordiam suam a me.

[7] Dñatur in fortitudine sua inæternum.
[8] Non exaltabuntur super ipsum.
[9] Tribulationē gemitū stridorem.
[10] Insidere fecisti.
[11] In terrā spatiosam & latam.
[12] Quę aperuerūt labia.
[13] Agnorū pinguiū uel medullarum faciam ascendere.
[14] Incenso uł suffumigatione.
[15] Verumtamen.
[16] Ammouit declinauit.

Titulus psalmi sexagesimi septimi.

Vincenti [1] in instrumētis [2] musicis psalmus cantici.

Psalmus sexagesimus septimus.

1 Deus misereatur [3] nostri, & benedicat nobis, illuminet [3] uultum suum super nos. Sela.
2 Vt cognoscant [4] in terra uiam tuam, in omnibus gentibus salutem tuam.
3 Celebrent te populi deus, celebrent te populi omēs.
4 Lætentur [5] & exultent populi, quoniam iudicabis populos in æquitate, & populos in terra diriges, Sela.
5 Celebrabunt [6] te populi deus, celebrabūt te ppli oēs.
6 Terra dedit germen suum, benedicat [7] nos deus deus noster.
7 Benedicat [8] nos deus, & timeant ipm oēs fines terræ.

[1] Victori.
[1] In organis.
[2] Conferat gratiā nobis.
[3] Illustret faciē suā nobiscum.
[4] Cognoscamus uł ad cognoscēdū
[5] Letabūtur & exultabunt.
[6] Confiteantur.
[7] Bñdicet nobis.
[8] Bñdicet nobis deus & timebunt ipsum.

¶ Titulus psalmi sexagesimi octaui.

¶ Vincenti[1] dauid psalmus cantici.

Psalmus sexagesimus octauus.

1 Exurgat[2] deus & dissipentur[3] inimici eius, & fugiãt qui oderunt eum a facie eius.

2 Sicut propellitur fumus propellas,[4] sicut liquefit cera a facie ignis pereant[5] impii a facie dei.

3 Iusti autem lætentur[6] & exultent in cõspectu dei, & iocundentur[7] in lætitia.

4 Cantate[8] deo psallite nomini eius, præparate semitam insidenti haraboth cum iha[9] nomie suo & exultate in conspectu eius.

5 Pater orphanorum & iudex uiduarum, deus in habitaculo sanctitatis suæ.

6 Deus faciens[10] habitare unicos domũ, educens uinctos in cõpedibus[11] certe rebelles inhabitauerũt siccitatẽ.

7 Deus quũ egredereris ante populum tuum, dum ambulares[12] per solitudinem, Sela.

8 Terra mota est insuper cœli distillauerunt, a facie dei, hoc synai a facie dei, dei israel.

9 Pluuiam uoluntariam[13] eleuabis deus, hæreditatem tuam, &[14] anxietate affectam tu direxisti.

10 Congregatio tua[15] habitauit in illa, diriges[16] in bonitate tua pauperem deus.

11 Dominus dabit sermonem, annunciatricum[17] exercitus multi.

12 Reges exercituũ fugient[18] fugient, & habitatrix[19] domus diuidet spolia.

13 Si dormiatis inter[20] chytropodes, alæ columbæ deargentatæ, & pennæ eius uiriditate[21] auri.

14 Dum[22] extendet omnipotens reges in ea, uelut[23] niuẽ dealbabis obscuritatem.

15 Mons dei mons bassan, mons[24] excelsus mõs bassan.

16 Cur exilietis[25] montes excelsi illũ montẽ dilexit deus ut inhabitaret ipse, etenim dñs habitabit in æternum.

17 Currus dei centena millia, duo millia angelorũ, dominus in eis, synai in sanctitate.

18 Ascendisti in excelsum, captiuam[26] duxisti captiuitatem, accepisti dona in adam, insuper etiam rebelles, ut inhabitet iha deus.

[1] Effundẽti sanguinẽ.
[2] Exurget.
[3] Dispergentur & fugiant.
[4] Propelles.
[5] Peribunt.
[6] Lętabunt & exultabunt.
[7] Iocundabuntur.
[8] Laudate attollite sedentẽ in haraboth. i. supremo cœlo a suauitate sic dicto uel solitudinibus.
[9] Iha nomẽ est dei dimidiũ nominis tetragrã maton signãs redẽptorem.
[10] Ex unicis. s. personis facit magnam familiam.
[11] In cõgruẽtiis .i. cõgruo tpe uerũt rebelles.
[12] Dum uestigia ageres.
[13] Oblationum liberalium.
[14] Hęreditati tuę & laborantem & afflictã.
[15] Fera tua.
[16] Stabilies.
[17] Dcm̃ euangelizantium uirtutem multam.
[18] Discedẽt uł migrabunt uel diligentur.
[19] Pulchritudo domus.
[20] Inter chytropodes uel focos uł ripas uel uncinos ubi ponunt ollæ ad ignem.
[21] Virido. i. maxĩa uiridi tate.
[22] Dum conteret.
[23] Dealbabitur in salmon. i. caligine.
[24] Mons supciliorum.
[25] Vt quid ĩsidiose intuemini mont es altissimi aduersus montem quem &c.
[26] Deprędasti prædam.

[27] Per diē & diē onerabit.i.pro onere imponet nobis salutem.
[29] Verūtamen.
[30] Faciam conuertere.
[31] Vt pes tu9 & lĩgua canū tuorū ītingat ī sanguine q effluet ab inimicis & ab ipso.i. a principe eorum.
[34] Tympanizātium.
[35] Descaturigine.
[36] Cōgregatio .i. coniuncti cū eis ul' ī phrygianicis suis.
[39] Munera uel nomen est proprīū ul' celeres.
[1] Danti ęternitatem &c.

19 Benedictus dominus per [27] singulos dies, aggrauabit nos deus salute nostra, Sela.

20 Deus nobis deus in salutem, [28] & in deo domino mortis egressus.

21 Certe [29] deus uulnerabit caput inimicorum suorū, uerticem capilli perambulantis in delictis suis.

22 Dixit dominus ex basan conuertam [30], conuertam de profundis maris.

23 Vt [31] intingatur pes tuus in sanguine, lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso [32].

24 Viderūt ingressus tuos deus, ĩgressus dei mei regis mei in sanctitate.

25 Præuenerunt [33] cantores, post psallentes, in medio iuuēcularum tympanistriarum [34].

26 In ecclesiis bn̄dicite deo dn̄o, de fonte [35] israel.

27 Ibi beniamin paruulus dominatur illis, principes iuda interitus [36] eorū principes zabulon principes neptalim.

28 Præcepit deus tuus uirtutem tuam, conforta deus hoc quod operatus es in nobis.

29 E x tẽplo tuo sup hierl'm, tibi adducēt [37] reges munus.

30 Dissipa [38] feram arundinis, congregationem robustorum in uitulis populorum, optantem numerationes argenti, disperfit populos qui bella affectant.

31 Veniēt principes [39] ex ægypto, æthiopia faciet currere manus suas ad deum.

32 Regna terræ cantate deo, psallite domino, Sela.

33 Insidenti cœlis cœlorū ab initio, ecce dabit in uoce sua uocem uirtutis.

34 Date fortitudinem deo super israel, magnificentia eius & uirtus eius in nubibus.

35 Terribilis deus de sanctuariis suis, de9 israel ip̄e dat uirtutem & fortitudinē populo, bn̄dictus deus.

Titulus psalmi sexagesimi noni.

Vincenti [1] super lilia [2] Dauid.

Psalmus sexagesimus nonus.

1 Saluum me fac deus, quoniam intrauerũt aquæ usq; ad animam.

2 Infixus [3] sum in limo profundi & non est stabile, ueni in profunditatem aquarum & tempestas inundauit me.

[28] In saluatiões & dei domini exitus mortis.
[32] Ex inimicis cibus eius.
[33] Post cantores erant psallētes uel p̄cesserunt principes post. i. postea psallentes.
[37] Offerent.
[38] Increpa ferā arūdinis cōgregatio nē tauror̄ in uitulis ul' respectu uitulor̄ ppl'or̄ deprecans.i. ẜusq; q remāserit petat misericordiā cū fragmētis argētī ul' calcitrantē ul' insidentē in rotis uel conculcantē uel optātem fragmēta &c.
[2] Nomē instr̄i.
[3] Immersus sū in limo, p̄fundi & nō ē stabilitū.s.aliquid ueni in altitudinē maris & unda aq̄ ipetuosa lauit uel operuit me.

3 Afflictus [4] ſum dum clamarem aduſtum eſt guttur me um, defecerunt oculi mei dum ſperarem in deo meo.

4 Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderũt me ſine cauſa, confortati [5] ſunt ad internitiõem perdu- centes [6] me falſo, quæ nõ rapui tunc reddam.

5 Deus tu cognouiſti inſipientiã meam, & delicta [7] mea a te non fuerunt abſcondita.

6 Ne erubeſcant in me expectãtes te domine deus exerci tuũ, ne confundant̃ in me quærentes te deus iſrael.

7 Quoniã propter te tuli [8] obprobrium, operuit ignomi nia faciem meam.

8 Extraneus factus ſum fratribus meis, & alienigena filiis matris meæ.

9 Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & obprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.

10 Et fleui dum eſſet in ieiunio [9] anima mea, & fuiſti in ob probrium mihi.

11 Et poſui ueſtimentum meum ſaccum [10], & fui illis in prouerbium.

12 Loquentur [11] aduerſum me ſedentes in porta, & canti- ca fui bibentium ſiceram.

13 Ego [12] aũt orationem meam ad te dñe tempore bene- placiti deus, ſm multitudinem miſericordiæ tuæ reſpon de mihi in ueritate ſalutis tuæ.

14 Eripe me de luto ut non infigar [13], liberabor ab his qui oderunt me & de profunditatibus aquarum.

15 Ne inundet [14] me tempeſtas aquæ & ne abſorbeat me profundũ, neq; claudat ſuper me [15] puteus os ſuum.

16 Reſpõde mihi dñe qm̃ bona miſericordia tua, ſm mul titudinem miſerationum tuarũ reſpice ad me.

17 Et ne abſcondas faciem tuam a ſeruo tuo, qm̃ tribula- tio mihi accelera rñde mihi.

18 Accede [16] ad aĩam meam, redime eam, propter inimi cos meos libera me.

19 Tu cognouiſti obprobrium meũ & confuſionẽ meã & ignominiã meã, corã te om̃es tribulantes me.

20 Obprobriũ [17] cõtriuit cor meũ & afflictus ſum, & expe ctaui commiſereſcentem & non fuit, & conſolantes & non inueni.

[4] Laboraui clamans exaſperatum uel rau cum factum eſt.

[5] Multiplicauerũt uł corroborati ſunt.

[6] Perimentes uł diſ- ſipantes me.

[7] Et culpæ meæ.

[8] Suſtuli.

[9] Dum ieiunaret aĩa mea & factus es .ſ. tu deus uel factum eſt .ſ. ieiunium.

[10] Cilicium.

[11] Loq̃nt̃ ĩ me hĩtãtes in porta & cantica .ſ. cũ inſtr̃is muſicis p̃ſe rebãt bibentes &c.

[12] Ego aũt or̃o uł or̃o ne mea tibi uel in te dñe tp̃s bñplacitũ uł dilectiõis uel uolũta tis .ſ. eſt.

[13] Immergar.

[14] Ne lauet uł operiat me un da &c.

[15] Obſtruat ſup̃ me.

[16] Approxima.

[17] Expectauit uł affli xit cor meũ, & deſpe raui ſiue flagellat᷒ ſũ .i. p̃ dolore in deſpera tionẽ ducor. & expe ctaui ut moueret̃ .ſ. ali qs ad cõmiſereſcẽdũ & uerba conſolato- ria proferret.

21 Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potabunt me aceto.

22 Sit mẽsa eoꝶ corã ipsis i laqueũ, & pacifica [18] in scãdalũ.

23 Obscurentur [19] oculi eorũ ne uideant, & lumbos eorũ semper fac elabi.

24 Effunde super illos ĩdignationẽ tuam, & furor iræ tuæ apprehendat illos.

25 Sit palatium eorum desolatum, in tabernaculis eorum non sit qui habitet.

26 Quoniã quem tu percussisti persequuti sunt, & super [20] dolore uulneratoꝶ tuorum narrabunt.

27 Da iniquitatem super iniquitatem eoꝶ, & ne ingrediã tur in iustitiam tuam.

28 Deleantur de libro uiuentiũ, & cũ iustis ne scribanť.

29 Ego aũt pauper & dolens, salus tua deus ꝓteget [21] me.

30 Laudabo nomen dei in cantico, & magnificabo illum in confessione.

31 Et placebit dño super bouem & uitulum, cornua producentem & producentẽ ungulas.

32 Viderunt [22] humiles & lætabuntur inquirentes deum, & uiuet cor uestrum.

33 Quoniam exaudit egenos dominus, & uinctos suos nõ despexit.

34 Laudẽt illũ cœli & terra maria & oẽ quod [23] moueť ĩ eis.

35 Quoniã deus saluabit syon, & ædificabit ciuitates iudæ & habitabunt ibi & hæreditate acquirent illam.

36 Et semen seruorum eius hæreditate possidebunt eã, & diligentes nomen eius habitabunt in ea.

[18] Et pacifica. i. q̃ solẽt expectare tãq̃ pacifica reuertãt in offendiculũ, uel in retributiões in scandalum.

[19] Obtenebrẽtur &c. & dorsum eorũ semp incurua.

[20] Et de dolore uel in dolore interfectoꝶ tuoꝶ. i. ꝓpe mortem existentium narrabũt.

[21] Exaltabit, corroborabit.

[22] Videant, uel uidebunt pauperes & lætentur.

[23] Quod reptat.

ℭ Titulus psalmi septuagesimi.

ℭ Vincenti [1] Dauid ad reminiscendum [2].

Psalmus septuagesimus.

1 Deus ut eripias me, dñe in auxiliũ meũ festina.

2 Erubescant & confundantur quærentes animam meam, conuertantur retrorsum & operiantur ignominia optantes malum mihi.

3 Reuertantur [3] super uestigia confusionis eorũ, qui dicunt euge euge.

4 Iocundenť & lætentur in te oẽs quærentes te, & dicant semper magnificeť deus diligentes salutẽ tuã.

[1] Danti æternitatem &c.

[2] Ad suffumigandum.

[3] Cõuertanť iuxta calcaneũ cõfusiõis illorum qui dicũt uah uah.

5 Ego aũt paup & inops de⁹,festina in adiutoriũ mihi,auxiliũ meũ & eripiẽs me tu,deus meus ne tardaueris.

Psalmus septuagesimus primus.

1 IN te dñe speraui,ne confundar in æternum.
2 In iustititia tua eripies me & liberabis me, inclina ad me aurem tuam & salua me.
3 Esto mihi in rupem fortitudinis ut ingrediar iugiter, præcepisti ut saluares me, quoniam rupes mea & munimentum meum tu.
4 Deus meus eripe me de manu impii, de palma iniqua agentis & uiolenti.
5 Quoniã tu expectatio mea dñe deus, fiducia mea a iuuentute mea.
6 Super te [1] innixus sum ex utero,de intestinis m̃ris meæ tu extrahens me,in te laus mea semper.
7 Tanq̃ ꝓdigiũ factus sũ m̃ltis,& tu fiducia mea fortis [2].
8 Replebitur os meum laude tua,tota die [3] gloria tua.
9 Ne proiicias me in tempore senectutis, quũ defecerit uirtus mea ne derelinquas me.
10 Quoniã dixerunt inimici mei mihi, & obseruantes animam meam inierunt consilium simul.
11 Dicentes deus dereliquit eum persequimini & comprehendite eum,quoniam non est eripiens.
12 Deus ne elõgeris a me,deus me⁹ in auxiliũ meũ festina.
13 Confundatẽ deficiãt [4] aduersantes animæ meæ,operiãtur obprobrio & pudore inquirentes malum mihi.
14 Ego autem iugiter expectabo,& adiiciam super omnẽ laudem tuam.
15 Os meum narrabit iustitiam tuam,tota die salutem tuam,certe non cognoui numerum [5].
16 Ingrediar in potentiam [6] domini dei,recordabor iustitiæ tuæ solius.
17 Deus docuisti me a iuuentute mea,& hucusq; annunciabo mirabilia tua.
18 Insuper & usq; in senectutem & canitiem deus ne derelinquas me,donec annunciem brachium tuum generationi [7] cuicũq; uenturo potentiam tuam.
19 Et iustitia tua deus usq; in excelsum, quoniam fecisti magna,deus quis similis tibi.

[1] Super te sustentatus sum.
[2] Fortitudo.s.qui es.
[3] Pulchritudine.
[4] Consumentur.
[5] Qm̃ nõ cognoui numerationes uel narrationes.
[6] Veniam in potẽtias uel cũ potentiis.
[7] Generationi omni qui ueniet.

[8] Ostēdisti mihi tribulatiões mu(l)tas & malas reuertaris uiuifices me & de abyssis terræ cõuertaris exaltes uel facies me ascēdere ī singulari legit & in plurali scribit.

20 Qui ostēdisti [8] nobis tribulationes multas & malas, cõuersus uiuificabis nos, & de abyssis terræ iterum exaltabis nos.

21 Multiplicabis magnitudinem meam, & cõuersus [9] consolaberis me.

[9] Et cõuertaris uel circundabis.

22 Etiã ego celebrabo te in instrumento nabli, [10] ueritatē tuam deus meus psallã tibi in cithara sancte israel.

[10] In uase psalterii.

23 Exultabunt [11] labia mea quũ cantauero tibi, & anima mea quam redemisti.

[11] Exultando cantabunt.

24 Etiam ligua mea tota die loquetur [12] iustitiam tuam, quoniam uerecundati sunt quoniam cõfusi sunt inquirentes malum mihi.

[12] Meditabitur.

Titulus psalmi septuagesimi secundi.

Salomoni [1].

[1] Pacifico uel pacifici uel salomoni.

Psalmus septuagesimus secundus.

1 Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.

2 Iudicabit populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

3 Extollent [2] montes pacē populo, & colles [3] iustitiã.

[2] Assument.

[3] Et colles in iustitia. s. erunt.

4 Iudicabit pauperes populi, saluos faciet filios inopis, & conteret calumniatorem.

5 Timebunt te cum sole & in [4] conspectu lunæ, in generatione generationum.

[4] Dũ pseuerabit luna uel añlunam gñatio gñationũ uel generatiões.

6 Descendet sicut pluuia super herbam [5] resecatam, [6] sicut hymbres irrorantes terram.

[5] Sup tonsum. i. gramen icisum qd si nõ habuerit pluuiã postq̃ resecatum fuerit arescet.

[6] Sicut guttæ uel stillæ madefacientes terram.

7 Florebit in diebus suis iustus, & multitudo pacis donec non sit luna.

8 Et dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos terræ.

9 Coram ipso flectent genua æthiopes, [7] & inimici eius terram [8] lingent.

[7] Nautæ uel habitantes solitudinē.

[8] Puluerē mordicus corripient.

10 Reges tharsis & insularum munera afferent, reges arabiæ & saba donum [9] adducent.

[9] Tributum uel premium.

11 Et adorabũt ipm oẽs reges, oēs gentes seruiēt illi.

12 Quoniam eripiet inopem clamantem, & pauperē cui non est auxiliator.

13 Miserebitur super mendicum & inopem, & animas inopum saluabit.

14 Ex fraude & iniquitate redimet animam eorum, & pre tiosus erit sanguis eorum in oculis suis.

15 Et uiuet & dabit illi de auro arabiæ, & orabit pro eo iugiter tota die benedicet ei.

16 Erit multiplicatio [10] frumenti in terra in uertice montium, concutiet [11] uelut libanus fructus eius, & florebūt de ciuitate sicut fœnum terræ.

17 Erit nomē eius in æternum ante solem perseuerabit [12] nomen eius, & benedicentur in ipso, omnes gentes beatificabunt illum.

18 Benedictus dominus deus deus israel, faciens mirabilia solus.

19 Et benedictum nomen gloriæ [13] eius in æternum, & replebitur gloria eius uniuersa terra amen & amen.

20 Finitæ sunt orationes Dauid filii isai.

[11] Collidetur.

[13] Honoris.

[10] Erit placēta uel erit extensio frumenti uel erit depcatio, uel cōplacentia frumenti, uel filii.

[12] Ante solē ppetuabit nomē ei⁹ uel filiabitur uel filiabit nomē eius si dici pōt uel occidet.

Libet pro fidei orthodoxæ munimine, corroboratione, necnon infideliū expugnatione, aliquantisper post ipsius psalmi translationem deuagari atq; chaldaicā eiusdē trāslationē interserere, ne silentio præteriēs aduersariis ne dicam hostibus assentiri uidear. Siquidē ab ipsius titulo exordium suum assumens ait. Per manus Salomonis dictum fuit in prophetia, deus itinera rigoris tui, regi Messiæ da, atq; iustitiam tuā filio dauid regis. Iudicabit populū tuū in iustitia tua, & pauperes tuos in regula iudicii, ferēt uel assument inhabitantes montes pacem domui israel, & colles in merito. Iudicabit pauperes populi, redimet filios tenebrarū, & conteret filiū calumniç. Timebunt te cū ortu solis, & orabunt coram te ante lumen lunæ generationes generationū, descendet uelut pluuia uoluntaria, atq; desiderata super herbam quæ incidit a locusta uelut scintillæ aquæ serotinç super herbam terræ. Multiplicabūt in diebus eius iusti, & multitudo pacis quousq; cessabunt serui entes lunæ. Et dominabit ab extremo maris magni usq; in extremū maris magni, & ab euphrate usq; in confines terræ. Coram ipso flectent genua duces, & inimici eius terram lingent. Reges tharsis & insulæ maris oceani, munus adducent, reges arabiæ & saba donū offerent. Et genua flectent illi omnes reges, omēs populi subiicient illi. Quoniam redimet tenebrosum, qui petebat inclinationem & pauperem cui non erat sustentaculū. Miserebit super pauperem & squalidū, & animā tenebrosam redimet, de calūnia & iniuriis redimet animā eorū, & erit preciosus sanguis eorū coram ipso. Et uiuet, & dabit illi de auro quod afferent illi de Arabia, & orabit pro ipso iugiter, tota die

benedicet illi. Erit sustentãs panẽ in terra in capite monti um sentietᷓ uelut libanus fructus eius, & florebunt de ciui tate hierusalẽ uelut fœnũ terræ. Erit nomen eius memora tũ in seculũ, nanqꝫ ante esse solis, præparatum fuit nomen eius & benedicentᷓ in merito ipsius omes populi, & dicent bonũ ipsi. Benedictus dñs qui fecit mirabilia magna solꝰ. Et benedictum nomen gloriæ eius in æternũ, & replebitᷓ splendore gloriæ eius uniuersus mundus, & uniuersa ter ra amen & amen. Completę sunt oratiões Dauid filii Isai.
¶ Libenter interrogarem nostrę salutis, immo potius suæ inimicos, quemadmodũ Salomoni uel suo quem futurum expectant Messię huius psalmi uerba adaptare ualeãt. Nã Salomonem (testante ipsa primũ chaldaica translatione) hunc psalmũ potius cõposuisse in ipsius messiæ honorem asserere cogentᷓ. Quomodo suum messiam, uel quẽcunqꝫ alium assignauerint, si purus fuerit homo, omnes populi timebũt cum ortu solis, & ante lumen lunæ? Qua uirtute deficient cultores lunę? Qua uirtute utriqꝫ maris extre mo dominabitᷓ? Qua uirtute inhabitãtes solitudĩes, id est aerei spiritus (ut caballistici asserunt) eũ adorabũt? Qua uirtute inimici eius, i. dæmões terrã lingent? Qua uirtute oẽs mũdi reges, munera offerẽt? Qua deniqꝫ uirtute, ani mas eorũ redimet? Nam eius uirtus, aut potẽtia, facultas ac dignitas, gradusue prophetiæ (ut ipsi asserũt) nunqꝫ Moysi gradũ, dignitatẽ, facultatẽ, ac potestatem excedet. Quomodo igitᷓ ante esse solis pręparatũ fuit nomẽ eius? nam licet omĩa añ mũdi creationẽ in diuinitatis idea, seu in mente diuina fuerint, excellentiori nihilominus digni tatis gradu ipm christum fuisse in ancipiti minime sumus. Etem nomen ipsius diuinitatis (caballisticis testantibus) ipsam diuinitatem assignamus. Nomen uero ipsius chri sti, ut sanioris sensus uiri caballistici aiunt, iha, est. Cuius mẽtionẽ fecit organista noster octauo & sexagesimo psal mo, atqꝫ in toto deinceps psalterio faciet, affirmare non du bitauimus, ut in libello de dei noĩbus ipso auxiliante redẽ ptore docebimus. ¶ Cæterũ hanc maximã insipientiam, atqꝫ ignauiã silẽtio mandare nequeo, si Messias futurus pu rus sit homo, quõ eum ita celebrem fecerunt prophetæ? Quomodo eius gloriã, atqꝫ laudes ipsius decantauerũt, & nullius alterius mentionẽ unqꝫ fecere? Uerũ hęc alibi per tractabimus. Hoc tantũ dixisse uelim, qꝫ nõ modicum no stræ confert fidei, qm̃ ubi nos posuimus in textu Erit mul tiplicatio frumẽti, quidã illorũ exposuit sic, erit dep̃catio, & cõplacentia frumẽti in terra, ubi ostẽdit maximũ sacra mentũ. Quippe frumento. i. sacrificio panis, quicũqꝫ depre caturus est deũ, uel deo placere optauerit, panis sacrificio

perficiet. Quō finitę sunt oratiōes Dauid ĩ corporis redē ptionē, non aūt animę dum hęc diceret pręuidebat. Videbat em̄ uēturū Messiam redempturūq; omes animas, atq; deiecturū dæmonem extra hunc orbem, & ianuam cœlorum aperiturū, cuius orationes nil aliud a deo postulabāt.

Titulus psalmi septuagesimi tertii.

Psalmus asaph[1].

Psalmus septuagesimus tertius.

1 Certe[2] bonus israel deus, mundis corde.
2 Mei[3] autem pene inclinati sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei.
3 Quoniam æmulatus[4] sum in insipientibus, pacem impiorum uidebo.
4 Quoniam non sunt ligamina[5] in morte eorum, quippe fortis robustus.
5 In afflictione[6] hominis non sunt, & cum homine non flagellabuntur.
6 Propterea onerauit[7] eos superbia, inuoluet nates iniquitas ipsorum[8].
7 Egressus est præ pinguedine oculus eorum, trāsgressi[9] sunt cogitationes cordis.
8 Contabescere[10] facient & loquentur in malo, calumniam de excelso loquentur.
9 Posuerūt ĩ cœlo os suū, & lĩgua eo℞ ambulabit ĩ terra.
10 Propterea[11] conuerteť populus eius concussus, & aquæ pleni exprimentur illis.
11 Et dixerūt quō cognouit de⁹, & an sit sciētia in excelso.
12 Ecce isti ipii & abūdātes secło, apphēderūt diuitias[12].
13 Quippe[13] frustra purificaui cor meū, & laui in mundi tia[14] palmas meas.
14 Et fui flagellat⁹ tota die, & ĩcrepatio mea ĩ matutinis.
15 Si dixi[15] narrabo ut sic, ecce generationē filiorum tuorum præuaricatus sum.
16 Et cogitaui ut cognoscerē hoc, labor est in ocłis meis.
17 Donec ueniā ad sāctuaria dei, ĩtelligā in nouissĩo eo℞.
18 Quippe ĩ lubricis[16] pones illos, deiicies[17] illos ĩ ruinas.
19 Quomodo facti sunt in desolationem, repente peremptí sunt, consumpti sunt a repentinis horroribus.
20 Velut somnium ab expergefacto[18] domine, in ciuitate imaginem eorum negliges.

[4] Qm̄ zelaui in iniquis, uel inuidiam habui.
[6] In labore.
[9] Transierunt prudentiā cordis. i. habuerūt plusq̄ cogitauerunt.
[12] Diuitias.
[13] Verūtn̄.
[14] In simplicitate in innocētia.
[16] Verūtn̄ ĩ lubricis. i. locis ut postmodū cadāt in maximā ruinam.
[17] Deiecisti.

[1] Congregantis.
[2] Verumtamen.
[3] Ego aūt, pene inclinatus est pes meus pene euersi sunt &c.
[5] Nō sť cōpedes uł ligamina. i. dolores & afflictio & pinguis uł forte sicut palatium.
[7] Vt torq̄s circundedit uł circūcinxit.
[8] Opiet uel onerabit fundamentū iniq̄tas ipsis.
[10] Dissoluentur, irridebunt.
[11] Propterea faciet cōuertere ppl̄m suū huc & illuc. ł. deus. i. cū uiderint iusti malos in pspíratè uacillabūt & aq̄s pleni. ł. calicis sugēt uł exprimēt uel aq̄ pleni. i. legis uelut fex erunt illis.
[15] Si dixi narrabo ut sic. i. ut dixi superius ecce gn̄ationē filiorū tuo℞ pūaricantē red dam uł si dixi narrabo ut generatio filiorum tuorum pręuaricatus sum.
[18] Ab exurgente.

[19] Acre ut acetū factū est.
[21] Bestialis & ñ cognoscam.
[22] Cōsilio tuo diriges me & p' gliam uel honorem.i.ut sequar gloriam suscipies me.

21 Qm̄ acescet [19] cor meū,& renibus meis cōpungar [20]
22 Ego autem insipiens [21] & non cognoui, uelut iumenta factus sum tecum.
23 Et ego semper tecū,tenuisti manū dexteram meam.
24 In consilium [22] tuum deduces me,& postea in gloria assumes me.
25 Quid mihi in cœlis,& tecum nolui in terra.
26 Defecit caro mea & cor meum,fortitudo cordis mei & pars mea deus in æternum.
27 Quoniam ecce qui elongant se a te peribunt,perdidisti omnem fornicantem abs te.
28 Et mihi [23] appropinquare deo bonum est,posui in dño deo spem meā ut enarrem omnes missiones [24] tuas.

[20] Et renes mei excuent.i.ac si sagitta acuta ifixa esset in renibus cōmouebor & stimulabor.

[23] Ego aūt.i.qd uelim appropinquare deo &c.

[24] Operationes tuas.

Titulus psalmi septuagesimi quarti.

[1] Prudēs cōgregans.

Eruditiuum [1] asaph.

Psalmus septuagesimus quartus.

1 Vt quid deus dereliquisti [1] in æternum,fumabit naris tua in gregem pascui tui.
2 Memēto cōgregatiōis tuæ quā possedisti [3] ab initio,redemisti uirgam [4] hæreditatis tuæ montem syon hunc in quo habitasti.
3 Exalta [5] percussiones tuas ad ruinas in æternū,omnia contriuit inimicus in sanctitate.
4 Rugierunt hostes tui in medio templi tui,posuerunt signa eorum signa.
5 Cognoscetur [6] uelut adducens superius,in perplexione ligni secures.
6 Et nunc sculpturæ [7] eius simul,cum securi & bipenni conquassabuntur.
7 Miserunt in ignem sanctuarium tuum,in terra contaminauerunt tabernaculum nominis tui.
8 Dixerūt in corde eorum depopulabimur [8] illos simul, combusserunt omnia templa dei in terra.
9 Signa nostra non uidimus nō est amplius propheta,& non nobiscum cognoscens usq̄quo.
10 Vsquequo deus exprobrabit tribulans? blasphemabit inimicus nomen tuum in æternum?
11 Quare conuertes manum tuam? & dexteram tuam, de medio sinus [9] tui aufer.

[2] Oblitus es.
[3] Emisti.
[4] Tribum.

[5] Exalta cōcussiones.i.exalta manū tuā ut maiorē inferat pcussionē ut ruant in æternum oia mala egit &c.

[6] Quicūq; destruxerit tēplum uel econuerso.i.ædificauerit ac si fecisset sacrificiū deo cognoscet uel ac si offenderet ipsum deum &c.

[7] Et nunc sculpturas uel portas eius sil' securi & asciis conquassauerunt.

[8] Occidemus illos ul' filii eo℞ simul.
[9] Sinus ul' statuti tui uel impssionis tuę cōsume.i. inimicos,uel cōsume.i.aufer dexteram tuam.

12 Deus autem rex meus ab initio, operans salutem in medio terræ.
13 Tu dissipasti in fortitudine tua mare, contriuisti capita draconum super aquas.
14 Tu contriuisti capita leuiathan, dedisti eum escam populo æthiopum [10].
15 Tu dissecuisti [11] fontem & torrentem, tu desiccasti flumina ethan [12].
16 Tibi dies etiã tibi nox, tu ordinasti luminare & solem.
17 Tu statuisti [13] omẽs terminos terræ, æstatem & hyemẽ tu formasti [14] ea.
18 Memento huius inimicus exprobrauit [15] domine, & populus insipiens blasphemauerunt nomen tuum.
19 Ne desferæ animã turturis tuæ, congregationes pauperum tuorum ne obliuiscaris in æternum.
20 Respice ad fœdus, [16] quoniam repletæ sunt obscuritates terræ, habitaculis iniquitatis.
21 Ne reuertatur contritus confusus, pauper & inops laudabunt nomen tuum.
22 Surge deus contende litigium tuum, memento obprobrii tui ab insipiente tota die.
23 Ne obliuiscaris uocem hostium tuorum, strepitus insurgentium in te ascendit iugiter.

[10] Nauigãtib⁹ ul' hitãtibus solitudinem.
[11] Scidisti dirupisti.
[12] Egressa. s. ex loco robusto.
[13] Stabilisti.
[14] Creasti.
[15] Exprobrauit dño.
[16] Testamentum.

ℂ Titulus psalmi septuagesimi quinti.

ℂ Vincenti [1] ne dissipes psalmus asaph canticum.

Psalmus septuagesimus quintus.

1 Celebrauimus te deus celebrauimus, & propinquũ nomen tuũ, narrauerunt mirabilia tua.
2 Cum accepero solennitatem, [2] ego recta iudicabo.
3 Liquefacta [3] est terra, & omnes inhabitantes eam, ego stabiliui columnas eius, Sela.
4 Dixi insipientibus [4] nolite insanire, & impiis nolite exaltare cornu.
5 Nolite extollere in excelsum cornu uestrum, ne loquamini cum ceruice elatum [5]
6 Quoniam neq; ab oriente neq; ab occidente, neq; a deserto [6] exaltatio.
7 Quoniam deus iudex, hũc humiliauit & hũc exaltabit.
8 Quoniã calix in manu dñi, & uino [7] rubefactus est, ple-

[1] Effundẽti sanguinẽ.
[2] Tp̃s in q̃. s. cõgregant hoĩes ad solẽnitatẽ.
[3] Liq̃facti s̃t terra & oẽs hitatores eius.
[4] Dixi iniq̃s nolite iniqua agere.
[5] Superbum uetus.
[6] A deserto montium.
[7] Et uinũ merũ. i. rubeũ intra ip̃m, uel uini meri, uel uinũ rubeũ sc̃m ẽ plenus ẽ mixto & diffluere fecit undique.

nus est mixtione & redundare fecit ex hoc quippe [8] feces eius fugent, bibent omnes impii terræ.

[8] Attamen exprīment, & rei amarissimę & ueneno sæ est.

9 E go aũt annunciabo in seculum, psallam deo iacob.

10 E t omnia cornua impiorum confringam [9], exaltabuntur cornua iusti.

[9] Comminuam.

Titulus psalmi septuagesimi sexti.

Vincenti [1] in canticis [2] psalmus asaph canticum.

[1] Danti æternitatem &c.

[2] Instrīs musicis.

Psalmus septuagesimus sextus.

1 N Otus in iudæa deus, in israel magnũ nomẽ eius.
2 E t fuit in salẽ tuguriũ ei9, & habitaculũ ei9 ĩ syon.
3 I bi cõfregit uolatilia [3] arc9, scutũ gladiũ & bellũ, sela.
4 I llustris [4] factus es tu terribilis, a montibus prædæ.
5 I n prædã dati sunt robusti corde, dormitauerunt somnũ suũ, & nõ inuenerũt oẽs uiri exercitus [5] manus suas.
6 A b increpatione tua deus iacob, somno uehementi cõsternatus est & currus & equus.
7 T u terribilis tu, & quis stabit in conspectu tuo, ex tunc [6] ira tua?
8 D e cœlo audire fecisti iudiciũ, terra timuit & siluit. [7]
9 D um exurgeret ad iudiciũ deus, ut saluos faceret mansuetos terræ. sela.
10 Q uoniã ira hoĩs celebrabit te, reliquias iræ accinges.
11 V ouete & reddite domino deo uestro, oẽs qui in circuitu eius sunt afferent [8] munus terribili.
12 P erimet [9] spiritum principũ, terribilis regibus terræ.

[3] Carbones uel sagittas.

[4] Dissipans, illuminans.

[5] Virtutis.

[6] Ex q̃.ſ.incepit.

[7] Quieuit.

[8] Offeretur, & adducẽt munus ĩ timore uel timori.

[9] Vindemiabit, continebit.

Titulus psalmi septuagesimi septimi.

Vincenti [1] iuxta ieduthun asaph psalmus.

[1] Effundenti sanguinem &c.

Psalmus septuagesimus septimus.

1 V Oce mea ad deum & clamabo, uoce mea ad deũ & aurem præbebit mihi.
2 I n die tribulatiõis meæ dñm exquisiui, uulnus [2] meum per noctem defluxit, & non residebit, noluit consolari anima mea.
3 M emor ero dei & uociferabor, loquar & anxietate inuoluetur [3] spiritus meus. sela.
4 T enuisti palpebras [4] oculorum meorũ, confractus sum & non loquar.
5 Cogitaui dies ab initio, annos seculorum.
6 R ecordabor cantici mei in nocte, cum corde meo lo-

[2] Manus mea per noctẽ dispsa ẽ, ut effusa ẽ, & non relaxabitur. i. nunq̃ cessat moueri.

[3] Operietur.

[4] Custodias. confractus sum. i. deliquium animi passus sum.

quae & perscrutabitur spiritus meus.

7 Nunquid in[5] secula derelinquet dñs & non addet[6], ut bonae uoluntatis sit ultra?

8 Nunquid defecit in aeternum misericordia eius, cōsumptum est[7] dictum in generatione & generationē?

[7] Cōsūmátū est.

9 Nunquid oblitus est misereri deus, an continuit[8] in ira miserationes[9] eius. sela.

10 Et dixi expectatio[10] mea ē, mutatiōes dexterae excelsi.

11 Recordabor operum dñi, quoniā memor ero ab initio archani tui[11].

[11] Mirabiliū tuorū.

12 Et meditabor in oī opere tuo, & in studiis tuis loquar.

13 Deus in sanctitate uia tua, qs deus magnus sicut deus.

14 Tu deus faciens mirabilia notam fecisti in populis fortitudinem tuam.

15 Redemisti in brachio populum tuum filios iacob & ioseph, sela.

16 Viderunt te aquae deus uiderunt te aquae, timebūt etiā contremiscent[12] abyssi.

17 Effuderunt aquas nubes uocem dederunt nubule, etiā sagittae tuae discurrent

18 Vox tonitrui tui in sphaera, illustrauerunt fulgura orbem terrae, contremuit & commota est terra.

19 In mari uia tua, & semita tua in aquis multis, & uestigia tua non fuerunt cognita.

20 Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & aaron.

[5] Nunquid per secula obliuiscetur.
[6] Et nō adiiciet ut cōplaceat. s. in nobis adhuc ul' uolet, ul' diliget
[8] Cohibuit, clausit.
[9] Pietates eius.
[10] Infirmitas mea uel mors mea āni dextrę uel annos dextrae excelsi. s. in memoria habebo quibus operata est salutem.
[12] Dolore commouebuntur.
[13] Excusserunt.

Titulus psalmi septuagesimi octaui.

Eruditiuum[1] asaph.

Psalmus septuagesimus octauus.

1 AVsculta popule meus legem meam, inclinate aurem uestram ad uerba oris mei.

2 Aperiā in ꝑuerbiū os meū, loquar aenigmata ab initio.

3 Quae audiuimus & cognouim⁹ illa, & patres nostri narrauerunt nobis.

4 Non occultabimus[2] a filiis eoꝝ in generationē nouissimā, narrātes laudes domini & fortitudinem eius, & mirabilia eius quae fecit.

5 Et statuit testimoniū ī iacob, & legem posuit in israel, quae praecepit patrib⁹ nr̄is ut nota facerēt illa filiis eoꝝ.

[1] Prudens congregantis.
[2] Inficiabimur.

6 Vt cognoſcant generatio nouiſſima filii qui naſcẽtur, ſurgent & narrabunt filiis ſuis.

7 Et ponant in deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur ſtudiorum[3] dei, & mandata eius cuſtodiant.

8 Et non ſint ſicut patres eorum generatio rebellis & infidelis, generatio quæ non ſtabiliuit cor ſuum, & nõ fuit fidelis cum deo ſpiritus eius.

9 Filii effraim[4] armati ſagittas arcu emittẽtes, terga uerterunt in die belli.

10 Non cuſtodierunt fœdus dei, & in lege eius noluerunt ambulare.

11 Et obliti ſũt opertũ eius, & mirabiliũ eius q̃ oñdit eis.

12 Coram patribus eorum fecit mirabilia, in terra ægypti in campo taneos.

13 Diuiſit mare & tranſmiſit illos, & ſtatuit aquas ſicut cumulum.

14 Et deduxit illos cum nube per diem, & tota nocte cum lumine ignis.

15 Scidit rupes in deſerto, & bibere[5] fecit ſicut de abyſſis magnis.

16 Et eduxit riuos de rupe, & fecit deſcendere uelut[6] flumina aquas.

17 Et addiderũt[6] adhuc peccare ei, ut prouocarẽt[7] ad iracundiam excelſum in ſolitudine.

18 Et tentauerũt deũ ĩ corde eoꝝ, ut peterẽt eſcã aĩæ eoꝝ.

19 Et locuti ſunt in deum, dixerunt nunquid poterit deus ordinare menſam in deſerto.

20 Ecce pcuſſit rupẽ & fluxerũt aq̃, & torrẽtes inũdauerũt, nunq̃d ẽt panẽ poterit dare, an pparabit carnẽ pplo ſuo.

21 Propterea exaudiuit dñs & iratus[8] eſt, & ignis accenſus eſt in iacob, atq; etiam furor aſcendit in iſrael.

22 Quia nõ crediderũt ĩ deo, & nõ ſperauerũt in ſalute ei[9].

23 Et præcepit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit.

24 Et pluit ſuper illos manna ut comederent, & frumentũ cœlorum dedit illis.

25 Panem[9] robuſtoꝝ comedit uir, cibum uiaticum miſit illis in ſaturitatem.

26 Mouit eurũ[10] ĩ cœlis, & induxit in fortitudĩe ſua africũ.

27 Et pluit[11] ſuper eos ſicut puluerem carnem, & ſicut are

[3] Operum.

[4] Laqos tẽdentes, ſagittantes arcu.

[5] Et bibere fecit. ſ eos in abyſſis magnis. i. riuos fluentes leniter.

[6] Vſq; ad flumina aquam.

[6] Perrexerũt, nõ deſtiterunt.

[7] Vt amaritudine excitarẽt excelſũ, uel cõcitarent ad iram in loco ſiccitatis.

[8] Et exarſit ira.

[9] Panẽ regũ, u Pangeloꝝ uel nubiũ.

[10] Vẽtũ oriẽtalẽ.

[11] Fecit pluere.

nam marium uolatilia pennata.

28 Et proiecit in medio castrorum eius, in circuitu taber naculorum eius.

29 Et comederunt & saturati sunt nimis, & desiderium eo rum attulit illis.

30 Non habuerunt [12] fastidio desiderium eorũ, adhuc esca eorum in ore eorum.

31 Et ira dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos israel incuruare [13] fecit.

32 In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.

33 Et consumpsit in uanitate dies eorum, & annos eorum in horrore [14].

34 Cum [15] occideret eos & quærebant illum, & cõuersi sũt, & diluculo consurrexerunt ad deum.

35 Et recordati sunt qm̃ deus creator eoꝝ, & deus excelsus redemptor eorum.

36 Et p̃suaserũt [16] illi cũ ore eoꝝ, & ligua eoꝝ mẽtiti sũt ei

37 Cor autem eorum non fuit rectum cum eo, nec fideles fuerunt in fœdere eius

38 Ipse aũt misericors [17] expiabit delictũ, & non dissipabit & multiplicauit ut auerteret iram suam, & non excita- uit omnem furorem suum.

39 Et recordat⁹ ẽ qm̃ caro sũt, spũs uadẽs & nõ reuertẽs [18].

40 Quotiens ad iracundiam prouocauerunt eum, in deser to contristauerunt [19] eum in solitudine.

41 Et reuersi sũt & tẽtauerũt eũ, & scm̃ isrl̃ circũscripsert [20]

42 Non sunt recordati manus eius, diei qua redemit eos a tribulante.

43 Qui posuit in ægypto signa sua, & prodigia sua in cam po taneos.

44 Et conuertit in sanguinem fluuios eorum, & riuos eorũ ne biberent.

45 Immisit eis muscam [21] & deuorauit eos, & ranam & dissi pauit eos.

46 Et dedit bruco germẽ eoꝝ, & laborẽ eoꝝ locustæ.

47 Occidit in grandine uineas eorum, & sicomoros [22] eo- rum in pruina.

48 Conclusit [23] in grandine iumẽta eoꝝ, & greges eorũ in carbonibus ignis.

[12] Non fuerũt alienati a desiderio eorum.

[13] Humiliauit.

[14] Turbine.

[15] Si occidit illos, & q̃sierunt illum.

[16] Adulati sunt ei, uel lactauerunt eum.

[17] Expiauit, dissipauit multiplicauit, exci- tauit.

[18] Et non reuertet̃.

[19] Afflixerũt eum.

[20] Id ẽ potẽtiã ei⁹ limi tauerũt, uľ signauerũt.

[21] Oẽ genus muscaꝝ, & uolatiliũ pessimo- rum commixtum.

[22] Et q̃rcus eoꝝ, uľ fi- cus silueſtres ĩ glacie uľ in grãdie, & appel lat̃ sic chanmal, eo ꝙ ubi qescit oĩa incidit.

[23] Et tradidit grãdini iumentũ eoꝝ & gre ges eoꝝ uolucribus.

49 Misit in eos furorem iræ suę, iram & īdignationē & angustiam, immissionem angelorum malorum.

[25] Cohibuit.

50 Direxit [24] semitā iræ suæ non auertit [25] a morte animā eorū, & iumentū eorum in pestem conclusit.

[24] Ponderauit, librauit semitā iræ suæ.

51 Et pcussit omne primogenitū in ægypto, primitias laborum in tabernaculis cham.

[26] Initium fortitudinis, uel substantiarum.

52 Et migrare [27] fecit sicut oues populum suum, & deduxit illos sicut gregem in deserto.

[27] Amouit uel abstulit.

[28] In spe.

53 Et deduxit eos tuto [28] & nō timuerūt, & inimicos eorū operuit mare.

54 Et adduxit eos ad terminū sanctitatis suæ, montē hunc quem possedit dextera eius,

55 Et expulit a conspectu eorum gentes, & quiescere [29] fecit illos in funiculo hæreditatis, & collocauit in tabernaculis eorum tribus israel.

[29] Et pijecit illis, uel cadere fecit illis in funiculo heredit[a]tē uel pijecit illos.

56 Et tentauerunt & ad iracundiam prouocauerūt deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt.

57 Et conuersi sunt retrorsum & præuaricati sunt sicut patres eoꝝ, cōuersi sunt retrorsum uelut arcus fraudis [30].

[30] Id est q aliud si[g]nat, & aliud facit.

58 Et ad iracundiam prouocauerūt eū in excelsis suis, & in sculptilibus suis ad iram concitauerunt [31].

[31] Ad zelum concitauerunt.

[32] Et exarsit ira.

59 Audiuit deus & iratus [32] est, & abominatus est uehementer israel [33].

[33] In Israel.

60 Et dereliquit tabernaculum sylo, tentorium [34] quod locauit in homine.

[34] Tabernaculū ubi habitauit in Adam.

61 Et tradidit in captiuitatem [35] fortitudinē eius, & decorē eius in manum tribulantis.

[35] In prædam uirtutem eius.

62 Et conclusit in gladio populum suum, & in hæreditatē suam iracundia [36] exarsit.

[36] Igne succēsus ē.

63 Iuuenes eius deuorauit ignis, & uirgines eius non nupserunt [37].

[37] Fuerūt laudat[æ].

64 Sacerdotes eius in gladio ceciderunt, & uiduæ eius nō plorauerunt.

[38] Et surrexit sicut dormiens dn̄s, sicut gigas

65 Et excitatus [38] est tanq̄ dormiēs dominus, uelut potens exultans præ [39] uino.

[39] Exultās a uino, uel q̄dā exultatiōe cantans, uel uociferans.

66 Et percussit hostes suos retrorsum, obprobriū seculi [40] dedit illos.

[40] In æternum.

67 Et abominatus est tentorium ioseph, & tribum effraim non elegit.

68 E t elegit tribum iuda, montẽ syon quem dilexit.

69 E t ædificauit uelut excelsa [41] sanctuariũ eius, uelut terram quam fundauit in æternum.

70 E t elegit Dauid seruum suum, & accepit eum de caulis ouium.

71 A b [42] insequendo effœtas abduxit illum, ut pasceret iacob populum suum & israel hæreditatem suam.

72 E t pauit illos in simplicitate [43] cordis sui, & in prudentia palmarum eius deduxit illos.

[41] Id est uelut cœlos uel palatia superba

[42] De post fœtantes adduxit.

[43] In perfectiõe, in innocẽtia cordis sui, & in intelligẽtia palmarũ eius minauit illos.

T itulus psalmi septuagesimi noni.

Psalmus Asaph.

Psalmus septuagesimus nonus.

1 D Eus uenerũt gentes in hæreditatem tuam polluerunt templum sanctitatis tuæ, posuerunt hierusalem in aceruos [1] lapidum.

2 D ederũt cadauera seruoꝝ tuoꝝ cibum uolatilibus cœlorum, carnem sanctorum tuorum bestiis terræ.

3 E ffuderũt sanguinem eorum uelut aquam in circuitu hierusalem, & non fuit sepeliens.

4 F acti sumus obprobrium uicinis nostris, subsannatio & derisio his qui in circuitu nostro,

5 V squequo domine irasceris in æternum, exardebit uelut ignis ira [2] tua.

6 E ffunde furorem tuum super gentes quæ non cognouerunt te, & sup regna quæ nomen tuũ nõ inuocauerũt.

7 Q m̃ deuorauit iacob, & habitationẽ eius desolauerũt.

8 N e reminiscaris iniquitatum nostrarum antiquarum, festina præueniant nos miserationes [3] tuæ, quoniã pauperes [4] sumus nimis.

9 A diuua nos deus salutis nostræ propter gloriam nominis tui, & eripe nos & propitiare [5] peccatis nostris propter nomen tuum.

10 C ur dicent gentes, ubi est deus eorum, nota fiet in gentibus coram oculis nostris ultio sanguinis seruorũ tuorum qui effusus est.

11 I ntret in conspectu tuo gemitus [6] cõpediti, sm̃ magnitudinem brachii tui dissolue [7] filios mortis.

12 E t redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum, obprobrium eoꝝ quod exprobrauerunt tibi dñe.

[1] In solitudinem, in deserta.

[2] Zelus tuus.

[3] Pietates.

[4] Attenuati.

[5] Parce.

[6] Suspirium clamor.

[7] Relinque uel dimitte, uel fac ut relinquãtur filii existẽtes prope mortem.

13 Nos autem populus tuus & oues pascui tui confitebimur tibi in æternum, in generatione & generatiõe narrabimus laudem tuam.

ℭ Titulus psalmi octuagesimi.

ℭ Vincenti [1] erga lilia testimonii asaph psalmus.

Psalmus octuagesimus.

[1] Danti æternitatem &c.

[2] Habitator cherubim uel habitans inter cherubim.

1 Pascens israel ausculta, deducens uelut oues ioseph, sedens [2] super cherubim splendore [3] appare.

2 Coram effraim & beniamin & manasse excita potentiam tuam, & ueni [4] ut saluos facias nos.

[3] Splẽdide, uel ut q̃dam splẽdore apparens illustra ue lut sol in mane.

[4] Nãq; tibi.i. tua interest ut salues nos uel ueni in salutem nostram.

[5] Illumina.

[6] Fumasti.

[7] Cibasti illos pane lachrymarũ, & potasti eos in lachrymis tripl'r uł' tribus uicibus, uel ĩ lachrymis cathenarũ uł' lachrymas in cathenis fecisti illos bibere.

3 Deus conuerte nos & illustra [5] faciẽ tuã, & salui erimus.

4 Domine deus exercituũ usquequo iratus es [6] in orationem populi tui, fecisti illos [7] comedere panẽ lachrymarũ, & fecisti illos bibere lachrymas in maxima mẽsura.

5 Pones nos contentionẽ uicinis nostris, & inimici nostri deridebunt inter se [8].

[8] Et inimici nostri subsannabũt inter seipsos.s.nos.

6 Deus exercituum conuerte nos, & illustra [9] faciem tuã & salui erimus.

[9] Et illumina.

[10] Transtulisti.

[11] Strauisti.

7 Vineam de ægypto amouisti, [10] expulisti gẽtes & plantasti eam.

8 Præparasti [11] semitam in cõspectu eius, & extendisti radices eius & impleuit terram.

[12] Id est maximi.

9 Operti sunt mõtes umbra eius, & rami eius cedri dei [12].

10 Extendisti surculos eius usq; ad mare, & usq; ad flumen propagines eius.

[13] Et collegerũt siue uindemiauerunt.

11 Quare dissipasti sepes eius, & decerpserunt [13] eã omnes transeuntes per uiam.

12 Deuastauit eam aper de sylua, & fera agri [14] depasta est eam.

[14] Oẽ genus aĩal' siluestris nũcupat hoc noĩe.

[15] Nunc.

13 Deus exercituum reuertere obsecro, [15] respice de cœlo & uide, & uisita uineam istam.

Oĩa hæc uerba superiora p̃nt esse ĩ futuro.

14 Et plantulam [16] quam plantauit dextera tua, & propter filium quem corroborasti tibi.

[16] Et cãna.i. q̃ndã locũ sic nũcupatũ uł' hĩtaculũ q̃d plãtauit dextera tua, & sup ramũ quem confirmasti.uł' corroborasti tibi.

15 Combusta est igne excisa est, ab increpatione uultus tui peribunt.

[17] Quẽ cõfirmasti corroborasti tibi.

16 Sit manus tua super uirum dexteræ tuæ, super filiũ hominis quem corroborasti [17] tibi.

[18] Et nõ conuertemur retrorsũ a te.

[19] Et in nomĩe tuo clamabim'.

17 Et non recedemus [18] a te, uiuificabis nos, & nomen [19] tuum inuocabimus.

[10] Illumina. 18 Domine deus exercituum conuerte nos, illustra [10] faciem tuam & salui erimus.

ℭ Titulus psalmi octuagesimi primi.

[1] Danti aeternitatem &c. ℭ Vincenti [1] super torcular Asaph.

Psalmus octuagesimus primus.

1 EXultate deo fortitudini nřæ, iubilate deo iacob.

2 Sumite [2] carmen & percutite tympanum, citharã iocundam cum nablo.

3 Clangite [3] in neomenia tuba, in solennitate [4] in die festiuitatis nostræ.

4 Quoniam statutum in israel est, iudicium deo iacob.

5 Testimoniũ in ioseph posuit illud, cũ egrederet [5] super terram ægypti, labiũ [6] quod non cognoui audiui.

6 Amouit ab onere humerum eius, palmæ eius ab ollis recesserunt [7].

7 In tribulatiõe clamasti & eripui te, respõdi tibi in occulto [8] tonitrui, pbaui te sup aquas cõtradictiõis. sela.

8 Audi pp̃s meus & cõtestabor [9] te, israel si audieris me.

9 Non erit in te de[9] extraneus, neq; adorabis deũ alienũ.

10 Ego dominus deus tuus qui exaltaui [10] te de terra ægypti, dilata os tuum & implebo illud.

11 Et nõ audiuit populus meus uocem meam, & israel noluit [11] me.

12 Et dimisi [12] illum in prauitate cordis eorum, ambulent in consiliis suis.

13 Vtinam populus meus audisset me, israel in uiis meis ambulassent.

14 Paulominus [13] inimicos eorũ contriuissem [14], & super tribulantes eos conuertissem manum meam.

15 Odio habentes dñm mentiti [15] fuissent illi, & esset tempus illorum in æternum.

16 Et cibasset [16] illum adipe frumenti, & de rupe melle saturassem [17] te.

Marginal notes (left): [5] Buccinate, pulsate. [7] Transierunt. [9] Testificabor. [11] Non desiderauit me. [16] Et cibauit illum.

Marginal notes (right): [2] Eleuate exaltate cãticũ & date tympanũ [4] In opimẽto. i. in festiuitate tuguriorum siue ramorũ, uel in fixo, uel statuto uel operto. [5] Cũ egrederet de terra ægypti. [6] Linguam uel sermonem quem. [8] In abscondito, uel in secreto. [10] Qui eduxi te. [12] Et misi eũ in prauitate, uel in uehemẽtia, uel fortitudine, uel cogitatiõe, uel aspectu, [13] Iuxta modicũ, uel minimũ pene quasi. [14] Humiliassem. [15] Mẽtient illi & erit tps eorum in seculũ. [17] Saturaui te, uel saturabo te.

ℭ Titulus psalmi octuagesimi secundi.

ℭ Psalmus asaph.

Psalmus octuagesimus secundus.

1 DEus astat in congregatione iudicis, [1] in medio deorum iudicabit.

2 Vsque quo iudicabitis iniqtatẽ, & facies impioꝝ suscipietis. sela.

[1] Fortis in medio iudices iudicabit.

3 Iudicate pauperẽ & orphanũ, iopẽ & egenũ iustificate.
4 Eripite pauperẽ & mẽdicũ, de manu impiorum liberate.
5 Non cognouerunt neque intelligent, in tenebris ambulabunt, mouebuntur omnia fundamenta terræ.
6 Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes uos.
7 Verũtamen sicut adam[a] moriemini, & sicut unus principum cadetis.
8 Surge deus iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

[a] Homines.

Titulus psalmi octuagesimi tertii.

Canticum psalmi asaph.

Psalmus octuagesimus tertius.

1 Deus ne taceas tibi, ne sileas[1] & ne quiescas deus.
2 Quoniam inimici tui tumultuabuntur, & odientes te extulerunt caput.
3 Super populum tuum callide ægerunt[2] secretũ & inierunt consilium aduersus absconditos tuos.
4 Dixerunt uenite & extirpemus[3] eos de gente, & nõ memoretur nomen israel ultra.
5 Quoniam inierunt cõsilium corde, simul aduersum te fœdus pepigerunt[4].
6 Tentoria edom & ismahelitarum, moab & agareni.
7 Gebal & amon & amalech, philistea cũ hitatoribus tyri.
8 Etiam assur consociatus est cũ eis, facti sunt brachiũ[5] filiis loth. sela.
9 Fac illis sicut madian sicut sysaræ, sicut iabin in torrente chison.
10 Destructi sunt in endor, facti sunt sterquilinium terræ.
11 Pone illos, pricipes[6] eorũ, sicut oreb & sicut zeb, & sicut zebe & sicut salmanach oẽs duces[7] eorum.
12 Qui dixerunt hæreditate possideamus nobis, habitacula dei.
13 Deus pone illos sicut rotam, sicut stipulam ante faciem uenti.
14 Sicut ignis combur et syluam, & sicut flamma[8] succendet montes.
15 Sic persequeris illos in tẽpestate tua, & in turbine[9] tuo conturbabis illos.
16 Imple facies illorum ignominia, & quærent nomẽ tuũ dñe.

[1] Silentiũ. s. sit tibi.
[2] Nequiter tractauerũt ut tractabãt cõsiliũ & ineũt cõsiliũ sup abscõditis tuis, uel sup arcana tua.
[3] Faciamus illos negare. i. faciamus non sint amplius gen[...]
[4] Pangent.
[5] Adhesit.
[6] Duces eorum.
[7] Dños siue reges eorum.
[8] Inflammabit, deuorabit.
[9] Horrore afficie[...]

17 Erubescant & conturbentur usq; in seculum & confundantur & pereant.

18 Et cognoscent [10] quoniam tu noie tuo dñe, solus altissimus super omnem terram.

[10] Qm tu nomẽ tuum dñe solus tu altissim.

ℭ Titulus psalmi octuagesimi quarti.

ℭ Vincenti [1] super torcular filioꝝ chore psalmus.

[1] Effundenti sanguinem &c.

Psalmus octuagesimus quartus.

1 Quam dilecta tabernacula tua domine exercituũ.

2 Desiderauit atq; etiam concupiuit [2] anima mea atria domini, cor meum & caro mea, exultabunt in deum uiuentem.

[2] Prę desiderio defecit aĩa mea in atria dñi.

3 Etiam passer inuenit domum, & hirundo nidum sibi, ubi posuit pullos suos, altaria tua domine exercituum rex meus & deus meus.

4 Beati qui habitãt in domo tua, adhuc laudabũt te. sela.

5 Beatus homo cui[9] fortitudo in te ẽ, semitæ ĩ corde eoꝝ.

6 Transeũtes per uallem fletus, fontem ponent eam, etiam [3] benedictionibus induetur doctor.

[3] Ediã cisternæ duent pluuiis [...]uis oppositũ [...]icat. s. pluuia ĩ [...]luet cisternas [...] iplebit cisternas.

7 Ibunt [4] de uirtute in uirtutem, apparebit apud deum in syon.

[4] Ibunt de exercitu ĩ exercitũ i. ad addiscẽdam doctrinã, & uirtutẽ. uidebit iuxta deum. s. qui docuerit alios, uel p uallẽ arborum siue mororum.

8 Domine deus exercituum exaudi oratiõem meam, ausculta deus iacob. sela.

9 Clypeus noster respice deus, & respice faciẽ christi tui.

10 Quoniam melior est dies in atriis tuis super milia, elegi [5] super limen habitare domus dei potiusq̃ morari in tentoriis impietatis.

[5] Volo poti[9] manere apud ianuam domus dei q̃ intra domum aliorum

11 Quoniam sol & scutum dominus deus, gratiam & gloriam dabit dominus, non continebit bonum ab his qui ambulant in perfectione [6].

[6] In simplicitate in innocentia.

12 Domine exercituum, beatus homo qui sperat in te.

ℭ Titulus psalmi octuagesimi quinti.

ℭ Vincenti [1] filiorum choræ psalmus.

[1] Effundenti sanguinem &c.

Psalmus octuagesimus quintus.

1 Dilexisti dñe [2] terrã tuã, cõuertisti captiuitatẽ iacob.

[2] Voluisti dñe terrã tuã, uel cõplacuit tibi dñe terra tua quietasti uel mitigasti &c.

2 Remisisti [3] iniquitatem plebis tuæ, operuisti omne peccatum eorum. sela.

[3] Eleuasti, tulisti, portasti.

3 Continuisti [4] oẽm irã tuã, cõuersus es a furore iræ tuæ [5]

[4] Congregasti

[5] Cõuertisti irã tuam ne exardesceret uel auertisti a furore irã tuam.

4 Conuerte [6] nos deus salutis nostræ, & dissolue [7] iram tuam a nobis.

[6] Fac nos quiescere, uel reuerte nobiscum.

[7] Dele.

5 Nunquid in æternum irasceris nobiscũ, extẽdes[8] iram tuam a generatione in generationem.

6 Nonne[9] tu conuerteris, uiuificabis nos, & populus tuus lætabitur in te.

7 Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutẽ tuam dabis nobis.

8 Audiam quid loquetur deus dominus, qm̃ loquetur pacem in plebem suam, & in sanctos suos, ut non conuertantur[10] ad stultitiam.

9 Verũtamen prope est his qui timent eum salus eius, ut habitet gloria in terra nostra.

10 Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt.

11 Veritas de terra germiabit, & iustitia de cœlo ꝓspexit.

12 Etiam dñs dabit bonũ, & terra nr̃a dabit germen suũ.

13 Iustitia ante eũ ambulabit, & ponet in uia gressus suos.

[8] Trahes.
[9] Certe uel nunqd non tu reuerteris uiuificabis nos.
[10] Et nõ reuertent.

¶ Titulus psalmi octuagesimi sexti.

¶ Oratio Dauid.

Psalmus octuagesimus sextus.

1 INclina domine aurem tuam, rñde mihi, qm̃ pauper & inops ego.

2 Custodi animã meã quoniam sanctus[1] sum, saluũ fac seruũ tuũ, tu deus meus qui sperat in te.

3 Miserere mei dñe, qm̃ ad te clamabo tota die.

4 Lætifica aĩam serui tui, qm̃ ad te dñe aĩam meã leuabo[2].

5 Quoniã tu dñe bonus, & propitiabilis[3], & magnus misericordia omnibus inuocantibus te.

6 Auribus percipe dñe orationem meam, & intende uoci deprecationum mearum.

7 In die tribulationis meæ inuocabo te, quoniam respõdebis mihi.

8 Non ẽ similis tibi in diis dñe, & nõ est iuxta opa tua.

9 Omnes gentes quas fecisti uenient, & adorabunt corã te domine, & glorificabunt nomen tuum.

10 Qm̃ magnus tu & faciens mirabilia, tu deus solus.

11 Doce me dñe uiam tuam, ambulabo in ueritate tua, unias[4] cor meum ut timeat nomen tuum.

12 Celebrabo te domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.

[1] Misericors gratia plenus.
[2] Extollam.
[3] Et parcens.
[4] Vni cor meũ.

13 Quoniam misericordia tua magna est super me,& eripuisti animam meam ex inferno inferiori.

14 Deus superbi surrexerũt aduersum me, & coetus [5] robustorum quæsierunt animam meam, & non posuerunt te in conspectu suo.

[5] Et concilium malignorum.

15 Et tu domine deus pius & misericors, lentus furore & magnus misericordia & ueritate.

16 Respice ad me & miserere mei, da fortitudinem tuam seruo tuo,& saluum fac filium ancillæ tuæ.

17 Fac mecum signum in bonitate,& uidebunt odio habẽtes me & confundentur, quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me.

℄ Titulus psalmi octuagesimi septimi.

℄ Filiorum choræ psalmus cantici.

Psalmus octuagesimus septimus.

1 FVndamenta eius in montibus sanctitatis.

2 Diligit dominus portas syon,super omnia tabernacula iacob.

3 Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei, Sela.

4 Memor [1] ero rahab & babylonis erga cognoscẽtes me, ecce palestina [2] & tyrus cũ æthiopia,hic natus est ibi.

5 Et syon [3] dicetur uir & uir natus est in ea, & ipse fundauit [4] eam altissimus.

6 Dominus numerabit cum [5] scribet populos, hic natus est ibi, Sela.

7 Et cantores [6] sicut choraules, omnes contemplationes meæ in te.

[1] Faciã reminisci rahab & babylonis cognoscẽtes me.

[2] Philistea.

[3] Et syon in dtõ casu ponitur.

[4] Firmabit eã,uel diriget eam.

[5] Narrabit.

[6] Et cãtores sicut ducẽtes chorꝰ oẽs sõtes mei i te,uł oẽs cõtemplatiões meę.s.sunt,cãtabũt uł pricipes &c.

℄ Titulus psalmi octuagesimi octaui.

℄ Canticum psalmi filioꝝ choræ uincenti [1] super infirmitatẽ [2] ad humiliandũ [3] eruditiuũ heman esrahitæ.

[1] Effundendi sanguinem.

[2] Propter afflictionẽ.

[3] Sup hæreditatem.

Psalmus octuagesimus octauus.

1 DOmine deus salutis meæ per diem clamaui,& nocte coram te.

2 Ingrediatur coram te oratio mea,inclina aurem tuam ad clamorem meum.

3 Quoniam saturata est malis anima mea,& uita mea inferno appropinquauit.

4 Existimatus [4] sum cum descendentibus in puteum,factus sum sicut uir cui non est fortitudo.

[4] Estimatus.

5 Inter mortuos liber uelut interfecti iacentes [5] in sepulchro, quorum nõ recordatus es amplius, & ipi [6] a manu tua abscisi sunt.

6 Posuisti me in puteo inferiorũ, in tenebricosis [7] in profunditatibus.

7 Super me sustentata [8] est ira tua, & cunctis fluctibus tuis afflixisti, Sela.

6 Venite adoremus & procidam⁹, & genua flectamus ante dominum factorem nostrum.

7 Qm̃ ipse deus noster, nos aũt populus pascui ei⁹, & oues manus eius, hodie si uocem eius audieritis.

8 Nolite obdurare cor uestrum, sicut in contentione [4] sicut in die tentationis in deserto.

9 Vbi me tentauerunt patres uestri, probauerunt me etiam uiderunt opus meum.

10 Quadraginta annis molestia [5] affectus sum a generatione, & dixi populus [6] errans corde est, & ipi nõ cognouerunt uias meas.

[1] Pręparamini ite cantemus domino.
[2] Celebratiõe laude.
[3] Et fortitudines.
[4] Meriba & masa nomina sunt ppria, uel sicut in contentione in die tentationis.
[5] Teduit me gñationis, uł fastidiũ perpessum sum.
[6] Populus errãtes corde sunt.

11 Quibus [7] iuraui in ira mea, si introibūt in requiē meā. [7] Quamobrem.

Psalmus nonagesimus sextus.

1 Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra.

2 Cantate domino benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutem eius.

3 Narrate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

4 Quoniam magnus dominus & laudabilis [1] nimis, terribilis est super omnes deos, [1] Et laudatus nimis.

5 Qm̄ oēs dii pploꝝ sculptilia [2], dn̄s aūt cœlos fecit. [2] Vanitates nihil.

6 Confessio [3] & decor in conspectu eius, fortitudo & gloria in sanctuario eius. [3] Laus celebratio.

7 Afferte [4] dn̄o stirpes populoꝝ, afferte dn̄o gloriā & fortitudinem. [4] Date dn̄o progenies familiæ.

8 Afferte dn̄o gloriam noīs eius, tollite [5] munus & ingredimini atria eius. [5] Accipite.

9 Adorate dn̄m in decore sanctitatis, paue [6] a conspectu eius uniuersa terra. [6] Expauescite.

10 Dicite in gentibus dn̄s regnauit, etiam firmatus [7] est orbis terræ nō elabetur, iudicabit populos in æquitate [8]. [7] Directus est. [8] Rectitudinibus.

11 Lætentur cœli & exultet terra, tumultueť [9] mare & plenitudo eius. [9] Intonet.

12 Iocundetur ager & omne quod in eo est, tunc exultabunt omnia ligna syluæ.

13 Corā dn̄o qm̄ uenit, qm̄ uenit iudicare [10] terrā, iudicabit orbem terræ in iustitia, & populos in ueritate [11] sua. [10] Vt iudicet. [11] In fide sua.

Psalmus nonagesimus septimus.

1 Dominus regnauit exultet terra, lætentur insulæ multæ.

2 Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudiciū habitatio [1] sedis eius. [1] Bases.

3 Ignis ante ipsum præcedet [2], & comburet in circuitu tribulantes eum. [2] Ambulabit, & inflammabit.

4 Illustrauerūt [3] fulgura eius orbem terræ, uidit & expauit terra. [3] Illuminauerunt.

5 Montes sicut cera liquefacti [4] sunt a facie domini, a facie dn̄i uniuersæ terræ. [4] Fluxerunt.

6 Annunciauerūt cœli iustitiā eius, & uiderūt oēs populi gloriā eius.

7 Confundantur omnes qui seruiunt sculptili, qui gloriantur [5] in idolis, adorate eũ omnes dii.
8 Audiuit & lætata est syon, & exultauerunt filiæ iudæ ꝓpter iudicia tua domine.
9 Quoniam tu dominus altissimus sup oẽm terrã, nimis exaltatus es super omẽs deos.
10 Qui diligitis dñm odio habete malũ, custodit aĩas sanctoꝝ [6] suoꝝ, de manu impioꝝ eripiet eos.
11 Lux seminata [7] est iusto, & rectis corde lætitia.
12 Lætamini iusti in dño, & cõfitemi [8] mẽoriæ scĩtatis ei⁹.

[5] Qui laudant in uanitatibus, in nihilo.
[6] Eoꝝ ꝗ pleni sũt misericordia & gratia.
[7] Lumẽ seminatũ est.
[8] Et celebrate memoriam.

ℭ Titulus psalmi nonagesimi octaui. Psalmus.

Psalmus nonagesimus octauus.

1 Cantate dño canticum nouũ, quia mirabilia fecit, saluauit [1] eũ dextera eius, & brachiũ sanctitatis ei⁹.
2 Notam fecit dominus salutem suam, in oculis gentiũ reuelauit iustitiam suam.
3 Recordatus est misericordiæ suæ, & ueritatis suæ domui [2] israel, uiderũt omẽs fines terræ salutẽ dei nostri.
4 Iubilate domino omnis terra, cantate [3] & exultate & psallite.
5 Psallite dño in cithara, in cithara & uoce psalmi.
6 In tubis ductilibus & clangore buccinæ [4], iubilate in cõspectu regis domini.
7 Tumultuetur [5] mare & plenitudo eius, orbis terrarum & habitantes in eo.
8 Flumina plaudant [6] palma, simul montes exultent.
9 Coram dño quoniam uenit iudicare terram, iudicabit orbem terræ in iustitia & populos in æquitate.

[1] Saluauit sibi dexteram eius.
[2] Pro domo.
[3] Plaudite, iubilate apite. s. os ad cãtandũ.
[4] Et uoce cornu.
[5] Intonet.
[6] Percutient palma.

Psalmus nonagesimus nonus.

1 Dominus [1] regnauit contremiscant populi, qui sedet [2] super cherubim cõmoueatur terra.
2 Dominus in syon magnus, & excelsus est super omnes populos.
3 Confiteanť [3] noĩ tuo magno & terribili, sanctũ est.
4 Et fortitudo regis iudiciũ diligit, tu fundasti [4] æquitatem, iudiciũ & iustitiam in iacob tu fecisti.
5 Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.
6 Moyses & aaron in [5] sacerdotibus eius, & samuel in his

[1] Id est dñs sessor cherubim regnauit contremiscant populi &c.
[2] Inhabitans cherubim, uel inter cherubim mouebiť terra, uel sessor cherubim.
[3] Cõfitebũť celebrẽt nomen tuũ magnũ.
[4] Direxisti, stabilisti æquitates.
[5] Inter principes eius & samuel inter inuocantes &c.

qui uocāt nomē ei⁹,inuocabāt dñm & ipē rñdebat illis.

7 In colūna nubis loquebatur ad eos,custodierunt testimonia eius,& statutum [6] quod dedit illis.

8 Domine deus noster tu respōdisti [7] illis, deus indulgens fuisti illis,& ulciscens [8] opera illorum.

9 Exaltate dñm deū nostrū, & adorate in monte sancto eius,quoniam sanctus dominus deus noster.

[7] Humiliasti af flixisti illos.

[6] Et statutum dedit illis.

[8] Et ulciscēs. i. ppt iniqtates q̄s fecerēt alter ī uitulo,alter apd' aquā cōtradictiōis, ali⁹ uero eo φ nō docuit filios suos,uel sup studia illoꝝ.i.q̄ fcā sūt aduersus illos,ut patet de dathan & abiron.

Titulus psalmi centesimi.

Psalmus in confessione.

Psalmus centesimus.

1 IVbilate domino omnis terra.

2 Seruite dño in lætitia, ingredimini in conspectu eius in [1] exultatione.

3 Scitote [2] quoniā dominus ipse est deus, ipse fecit nos & non [3] nos,populus eius & oues pascui eius.

4 Ingredimini portas eius in confessione, [4] atria eius in laude,confitemini [5] illi benedicite nomini eius.

5 Quoniā bonus dominus in æternū misericordia eius,& usq; in generationem & generationem ueritas eius.

[1] Cum cātico.

[4] Laude.

[5] Celebrate illū.

[2] Cognoscite.

[3] Et ipsi⁹nos. Et aduerte φ dcō ipsius scribitur,dictio uero non legitur.

Titulus psalmi centesimi primi.

Dauid psalmus.

Psalmus centesimus primus.

1 MIsericordiā & iudiciū cantabo,tibi dñe psallam.

2 Intelligam [1] in uia immaculata, quando uenies ad me,ambulabo in innocentia [2] cordis mei in medio domus meæ.

3 Non ponam in cōspectu oculoꝝ meorū uerbū [3] belial præuaricantem [4] odio habui,nō adhærebit mihi.

4 Cor puersum declinabit a me,malū nō cognoscā.

5 Accusantem [5] in secreto proximum suum,illum ad internitionem [6] perducam,elatum [7] oculis & uastum corde non patiar.

6 Oculi mei inter fideles terræ, ut habitent mecum, ambulans in uia innocentiæ [8] ipse ministrabit mihi.

7 Non habitabit [9] in medio domus meæ faciens fraudē, loquens falsitatem non dirigetur [10] in conspectu oculorum meorum.

8 In matutinis perimam omnes impios terræ, ut exterminem [11] de ciuitate dñi omnes opantes iniquitatē.

[1] Intellectū pbebo in uia simplici & pfecta,uel simpliciū uel perfectoꝝ.

[5] Accusantē mihi, uel accusantē me in secreto proximum suum.

[8] Innocentium uel perfectorum ul' innocens &c.

[2] In simplicitate,in perfectione.

[3] Verbū iniqtatis.

[4] Facere præuaricationes.

[6] Perdam.

[7] Excelsum oculis elatum corde illū non sustinebo.

[9] Nō sedebit intra domum meam.

[10] Non stabiliet.

[11] Consummam.

ℭ Titulus psalmi centesimi secundi.

ℭ Oratio pauperis cũ mœrore [1] animi cruciatur, & coram domino effuderit eloquiũ [2] doloris sui.

[1] Opi€ ℰ & inuolui tur. ℒmœstitia.

[2] Narrationes uel locutiones.

Psalmus centesimus secundus.

1 Domine exaudi oratiõem meam, & clamor meus ad te ueniat.

2 Ne abscondas faciem tuam a me, in die tribulationis meæ inclina ad me aurem tuam, in die qua clamabo festina responde mihi.

3 Quoniam defecerunt in fumo dies mei, & ossa mea sicut torris [3] adusta sunt.

4 Percussum est quasi fœnũ & aruit cor meũ, qm̃ oblitus

5 sum comedere [4] panẽ meũ, præ uoce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

6 Similis factus sum pelicano [5] deserti, factus sum sicut nocticorax [6] deuastationum.

7 Vigilaui [7] & factus sum, sicut passer solitarius sup tectũ.

8 Tota die exprobrauerunt mihi inimici mei, deludentes [8] me in me iurauerunt.

9 Quonim cinerem una cum pane comedi, & potus me os cum fletu miscui.

10 A facie indignationis tuæ & iræ tuæ, quoniam exaltasti me & proiecisti me.

11 Dies mei sicut umbra inclinata, [9] & ego sicut fœnum arescam [10].

12 Tu aũt domine in æternũ permanebis, & memoria tui in generatione & generationem.

13 Tu exurges, misereberis syon, qm̃ tempus ut misereatis [11] eius, quoniam uenit solennitas [12].

14 Quoniam dilexerũt [13] serui tui lapides eius, & pulueris eius miserebuntur.

15 Et timebunt gentes nomen tuum dñe, & omnes reges terræ gloriam tuam.

16 Qm̃ ædificauit dñs syon, uisus [14] est in gloria sua.

17 Respexit ad orõnẽ solitarii [15], & nõ despexit orõnẽ eoꝝ.

18 Scribeť hoc in generatione nouissima, & populus creatus laudabit dominum.

19 Quoniam prospexit de excelso sanctitatis suæ, dominus de cœlo in terram respexit.

[3] Titio, focus.

[4] Ne comedam.

[5] Onocrotalo, monedulæ.

[6] Bubo uel pellicanus.

[7] Exercitatus sum.

[8] Dicentes me stultũ, ul faciẽtes me iniquũ, uel deridẽtes me.

[9] Declinata.

[10] Arui.

[11] Vt gratiam præstes ei.

[12] Significat tp̃s ĩ quo congregant homies ad solennitates.

[13] Cõplacuerũt seruis tuis lapides eius, uel uoluerunt.

[14] Apparuit.

[15] Vociferantis.

[15] Clamorem.

20 V t audiat gemitū [16] cōpediti, ut soluat filios mortis [17]. — [17] Appropīquātes morti uel iudicatos ad mortem.

21 V t enarrent in syon nomen domini, & laudem eius in hierusalem.

22 D um cōgregabunt populi simul, & regna fuient [18] dño. — [18] Vt seruiant.

23 A fflixit [19] in itinere uirtutē meā, abbreuiauit dies meos — [19] Humiliauit.

24 D icam deus meus ne perimas [20] me in dimidio dierum meorū, in generatione generationū anni tui. — [20] Ne eleues me, ne facias me ascendere, generatione & generationibus.

25 A ntea [21] terrā fundasti, opus manuū tuarum cœli. — [21] Ab initio.

26 I lli peribunt, tu autem permanebis, & omnes ipsi sicut pannus ueterascent [22], sicut indumentum mutabis [23] illos & mutabuntur. — [22] Consumentur. [23] Variabis illos & uariabunt.

27 T u autem ipsemet, & anni tui non deficient.

28 F ilii seruoꝝ tuorum habitabunt, & semen eorum in cōspectu tuo dirigetur [24]. — [24] Cōfirmabitur.

¶ Titulus psalmi centesimi tertii.

¶ Dauid. Psalmus centesimus tertius.

1 B Enedic [1] anima mea dño, & omīa interiora mea nomini sanctitatis eius. — [1] Lauda aīa mea dominum.

2 B enedic [2] anima mea dño, & noli obliuisci omnium retributionum eius. — [2] Lauda aīa mea dominum.

3 Q ui propitiat [3] omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. — [3] Parcet.

4 Q ui redimit de fouea [4] uitam tuam, qui coronat te misericordia & miserationibus. — [4] Fouea corruptionis.

5 Q ui saciat bono os [5] tuum, renouabitur uelut aquilæ iuuentus tua. — [5] Ornamentum tuum.

6 F aciens iustitias dominus & iudicia, omnibus qui calūniam sustinent.

7 N otas fecit uias suas moysi, filiis israel studia [6] eius. — [6] Opera.

8 P ius & plenus gratia dominus, lentus [7] ira & magnus misericordia. — [7] Longanimus furore.

9 N on in æternū cōtendet, neq; in æternū seruabit odiū.

10 N on fm peccata nostra fecit nobis, neq; fm iniquitates nostras retribuit nobis.

11 Q uoniā fm altitudinem cœli erga [8] terrā, præualuit misericordia eius super timentes eum. — [8] Super terrā corroborata est.

12 S ecundū longitudinem orientis ab occidente, longe fecit a nobis transgressiones nostras.

13 S icut miseret pater filioꝝ, misert [9] est dñs timētibus eū.

14 Quoniā ipse cognouit figmētū [9] nostrum, recordatus est quoniā puluis sumus.
15 Homo, sicut fœnū dies eius, sicut flos agri sic florebit.
16 Qm̄ spiritus pertransiuit in illo & non est, & nō cognoscet eum amplius locus eius.
17 Et misericordia dn̄i a seculo, & usq; in seculū sup timentes eum, & iustitia eius in filios filiorū.
18 His qui custodiunt fœdus eius, & recordanť præceptorum eius ut faciant ea.
19 Dominus in cœlo stabiliuit [11] thronū suū, & regnū eius cuicunq; dominatum est.
20 Benedicite [12] dn̄o angeli eius, potentes uirtute facientes uerbum eius, ad audiendā uocē sermonis eius.
21 Benedicite [13] domino om̄es exercitus eius, ministri eius facientes uoluntatem eius.
22 Benedicite [14] dn̄o oīa opa eius, in omnibus locis dn̄ationis eius, benedic [15] anima mea dn̄o.

[9] Plasmationē nr̄am.
[10] Testamentum.
[11] Direxit, firmauit.
[12] Laudate dn̄m.
[13] Laudate dn̄m.
[14] Laudate dn̄m.
[15] Lauda.

Psalmus centesimus quartus.

1 Benedic [1] aīa mea dn̄o, dn̄e deus meus magnificatus es uehementer, cōfessionē [2] & decorē induisti.
2 Induens [3] lumen sicut uestimentum, extendens cœlos sicut cortinam.
3 Qui tegit [4] aquis excelsa [5] eius, qui ponit nubes currū suum, qui ambulat super alas uenti.
4 Facit angelos suos spiritus, mīstros eius ignē urentē [6].
5 Fundauit terram super bases [7] eius, non commouebiť in æternum & semper.
6 Abysso [8] uelut uestimento operuit eam, super montes stabunt aquæ.
7 Ab increpatione tua fugient, a uoce tonitrui tui præcipitabuntur [9].
8 Ascendent [10] montes ⁊ descendēt ualles, ad locum quem fundasti eis.
9 Terminum posuisti quem non transgredientur, neq; reuertentur [11] ut operiant terram.
10 Qui emittit fontes in cōuallib⁹, iter mōtes ambulabūt.
11 Potabūt oēs [12] bestiæ agri, extiguēt [13] onagri sitim suā.
12 Iuxta illos uolucres cœli habitabunt, de medio frondium dabunt uocem.

[1] Lauda.
[2] Celebritatem.
[3] Operiens.
[4] Cōtignationibus p̄munire.
[5] Ascēsiões eius, uľ nubes ei⁹, uľ æthera eius.
[6] Inflammantem.
[7] Sup stabilitates ei⁹.
[8] Abyssum uelut indumentū operuit.
[9] Festinabunt.
[10] Ascendunt mōtes descendunt.
[11] Cōuertentur operire terram.
[12] Aqs saturabūt potabūt oēm bestiam.
[13] Frangent, expectabunt.

13 Irrigans montes de excelsis [14] suis, de fructu operũ tuo/rum satiabitur terra.

14 Faciens germinare fœnũ iumentis & herbam, seruitu/ti [15] hominis, ut educat panem de terra.

15 Et uinũ lætificabit cor hoĩs, ut illustret [16] facie͂ oleo, & panis cor hominis confirmet.

16 Saturabuntur ligna dñi, cedri libani quas plantauit.

17 Qm̃ ibi passeres nidificabũt, ciconiæ abietes domus eiꝰ.

18 Montes excelsi damis, petra refugium cuniculis [17].

19 Fecit lunam propter [18] tpa, sol cognouit occasum suũ.

20 Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa mouebuntur omnes bestiæ saltus.

21 Catuli leonum rugiunt ad prædam [19], & ut quærant a deo escam suam.

22 Oriet͂ sol, cõgregabunt͂, & in habitaculis [20] suis accũbe͂t.

23 Egredietur homo ad opus suum, & ad culturã [21] suam usq; ad uesperam.

24 Quam multiplicata sunt opera tua domine, omnia illa in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.

25 Hoc mare magnũ & latũ [22] manibus, illic reptile cuius non est numerus, aĩalia pusilla cũ magnis.

26 Illic naues pertransibunt, [23] leuiathan quem formasti ut rideat in [24] ipso.

27 Omnia illa te expectãt, ut des cibũ eis in tpe suo.

28 Dabis illis collige͂t, aperies manũ tuã, satiabunt͂ bono.

29 Abscondes faciem tuam turbabunt͂, auferes spũm eoꝝ peribunt, & in puluerem suũ reuertent͂.

30 Emittes spũm tuũ creabunt͂, & renouabis facie͂ terræ.

31 Sit gloria dñi in æternũ, lætetur dñs in opibus suis.

32 Qui respicit terram & contremiscet, tanget montes & fumabunt.

33 Cantabo dño in uita mea, psallã deo meo q̃diu fuero.

34 Dulcescat [25] ei eloquiũ meũ, ego lætabor in dño.

35 Deficiant peccatores e terra, & impii amplius non sint, benedic [26] anima mea dño, halleluia.

Psalmus centesimus quintus.

1 Confitemini [1] dño inuocate nomen eius, nota faci/te in populis studia [2] eius.

2 Cantate ei psallite ei, narrate omnia mirabilia eius.

---

[14] De nubibus suis uel de æthere suo.
[15] Ad culturam hominis.
[16] Vt sup oleũ sple͂descere faciat, ex pinguedĩe, ul' præ pinguedĩe, ul' ut iubilet, ul' exultet, tripudiet p̃ pingue/dĩe uel p̃ oleo. i. ut faciat tripudiare, iubilare, uel splendescere uultũ præ oleo, uel pr͂ pinguedine.
[17] Erinaciis.
[18] Per tpa. i. ut distiguant͂ tpa, p̃sertim in qbꝰ cõgregant͂ homines ad solennitatem.
[19] Pro rapina, pro esca.
[20] In speluncis accubabunt.
[21] Ad suitute͂ suã.
[22] Spaciosum.
[23] Ambulabunt.
[24] Id est ĩ mari, q̃m ut aiũt dñs est aliorum piscium.
[25] Suaue sit.
[26] Lauda aĩa mea dominum.
[1] Celebrate dñm.
[2] Opera.

3 Laudamini[3] in nomie sanctitatis eius, lætetur cor quærentium dominum.

[3] Laudate.

4 Quærite dominũ & fortitudinem[4] eius, quęrite faciem eius iugiter.

[4] Virtutem.

5 Mementote mirabiliũ eius quæ fecit, prodigiorũ eius & iudiciorũ oris eius.

6 Semen abraam serui sui, filii iacob electi eius.

7 Ipse dñs deus noster, in uniuersa terra iudicia eius.

8 Recordatus est in æternũ fœderis eius, uerbi[5] quod mãdauit in mille generationes.

[5] Verbũ mãdauit in mille generationes.

9 Quod pepigit cũ abraam, & iuramẽti sui ad Isaac.

10 Et collocauit[6] illud iacob in statutum, israel in fœdus æternum.

[6] Et statuit illud.

11 Dicẽs tibi dabo terrã chanaan, sortẽ[7] hæreditatis uræ.

[7] Funiculum.

12 Dũ eẽnt illi uiri[8] numeri p q̃ minimi, & aduenæ in ea.

[8] Illi uiri nũeri ut modicũ uel minimi.

13 Et perrexerunt[9] de gente in gentem, de regno ad populum alterum.

[9] Ambulauerunt.

14 Non permisit hominem calumniare eos, & redarguit pro eis reges.

15 Nolite tangere christos meos, & prophetas[10] meos nolite affligere.

[10] Et contrã pphetas meos ne malignemĩ.

16 Et uocauit famem super terram, omnem uirgam[11] panis confregit.

[11] Significat omnia legumina.

17 Misit ante conspectum eorum uirum, in seruum uenũdatus est ioseph.

18 Afflixerunt[12] in cõpede pedes eius, in ferrum[13] ingressa est anima eius.

[12] Humiliauerunt.

[13] Ferrum ingressum est in corpore uel in anima eius.

19 Vsq3 ad tempus quo ueniret uerbũ eius, eloquiũ domini examinauit[14] eum.

[14] Purgauit.

20 Misit rex & soluit eũ, dñator populoꝝ & dimisit illũ.

21 Posuit illum dñm domus suæ, & dominatorem in omĩ possessione eius.

22 Vt uinciat principes eius ſm uoluntatẽ suã,[15] & senes eius sapientiam[16] doceat.

[15] In anima sua.

[16] Prudẽtiã doceret.

23 Et ingressus est israel in ægyptum, & iacob aduena fuit in terra cham.

24 Et crescere fecit populũ suũ nimis, & mltiplicauit[17] eũ super tribulantes eum.

[17] Corroborauit.

25 Conuersum est cor eorum ut odio haberent populum

suum,ut dolos struerent in seruos suos.

26 Misit moysen seruũ suũ,aaron qm̃ elegit ip̃m,

27 Posuerũt in ip̃is uerba signoꝝ eius, & prodigia in terra cham.

28 Misit tenebras & obtenebrauit,[18] & non defecerunt [19] a uerbis eius.

29 Conuertit aquas eoꝝ i sanguinẽ,& occidit pisces eorũ.

30 Produxit terra eoꝝ ranas,in cubilibus regũ eoꝝ.

31 Dixit & uenit omnimoda [20] musca, scinifes [21] in oĩbus terminis eorum.

32 Conuertit [22] pluuias eoꝝ in grãdinẽ,ignẽ corruscantẽ [23] in terra eorum.

33 Et percussit uites [24] eoꝝ & ficulneas eoꝝ,& confregit lignum termini eorum.

34 Dixit & uenit locusta & bruchus, cui⁹ nõ erat numerus.

35 Et comedit omnẽ herbã in terra eoꝝ, & deuorauit fructum terræ eorum.

36 Et percussit omne primogenitũ in terra eoꝝ, primitias omniũ [25] fortitudinũ eorum.

37 Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eius infirmus[26].

38 Lætata est ægyptus cum egrederenẽ, quoniam cecidit timor eorum super illos.

39 Expandit nubem in tegumẽtum, & ignem ut illucesceret [23] per noctem.

40 Petiit & uenit coturnix,& pane cœli saturauit eos.

41 Aperuit petram & fluxerunt aquæ, abierũt per arida [24] loca flumina.

42 Qm̃ recordat⁹ ẽ uerbi sanctitatis suæ,cũ abraã suo suo.

43 Et eduxit populum suum in iocunditate,cum exultatione [25] electos eius.

44 Et dedit illis terras gentium, & laborem populorũ hæreditate possederunt.

45 Vt custodiãt statuta eius,& leges eius seruẽt,halleluia.

Psalmus centesimus sextus. Alleluia.

1 Confitemini dño quoniam bonus, qm̃ in æternum misericordia eius.

2 Quis loqueẽ potẽtias dñi,auditã faciet oẽm laudẽ eius.

3 Beati qui custodiũt iudiciũ,faciũt iustitiã in oĩ tp̃e.

---

[18] Et obtenebratum est.

[19] Nõ fuerũt rebelles non irritauerũt ṽba eius uł nõ fuerunt infideles.

[20] Signãt oẽ gen⁹ uolatiliũ uenenosoꝝ uelut muscas & hmõi

[21] Pediculi.

[22] Dedit.

[23] Ignẽ flammaꝝ, uel cõbustionum.

[24] Vitem eoꝝ.

[25] Oĩm laboꝝ eoꝝ

[26] Corruens.

[23] Illustraret.

[24] Per solitudines flumẽ.i. ut flumen abierunt aquæ.

[25] Cantico.

4 Memento mei dñe in bona uoluntate [1] erga populũ tuum, uisita me in salute tua.

[1] In beneplacito ppli tui, i. dũ habebis uolũtatẽ bonam &c.

5 Vt respiciam in bonitate [2] electi tui, & læter in iustitia gentis tuæ, ut laudẽ [3] cũ hæreditate tua.

[2] Vt uideã bonitatẽ electoꝝ tuoꝝ.

[3] Vt lauder.

6 Peccauimus cũ patribus nostris, peruerse ægimus ima pie fecimus.

7 Patres nostri in ægypto nõ intellexerũt mirabilia tua, non fuerunt recordati multitudinis misericordiaꝝ tuarum, & rebelles fuerunt [4] in mari, in mari rubro.

[4] Et ad iracundiã cõcitauerunt sup mare.

8 Et saluauit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam.

9 Et increpauit mare rubrũ & exiccatum est, & deduxit illos per abyssos uelut per desertum.

10 Et saluauit eos de manu odiẽtis, & redemit illos de manu inimici.

11 Et operuerunt aquæ tribulantes eos, unus ex eis non remansit.

12 Et crediderunt uerbis eius, cantauerũt laudẽ eius.

13 Cum festinatione [5] obliti sunt operum eius, non expectauerunt consilium eius.

[5] Accelerauerunt.

14 Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt deum in solitudine.

15 Et dedit illis petitionẽ eoꝝ, & misit maciẽ in corp9 eoꝝ. [6]

[6] Animam.

16 Et ad iracundiam concitauerunt [7] moysen in castris, aaron sanctum domini.

[7] Zelati sunt.

17 Aperta est terra & deglutiuit dathan, & operuit cõgregationem abyram.

18 Et succensus [8] est ignis in congregatione eorum, flãma combussit impios.

[8] Et exarsit ignis.

19 Fecerũt uitulũ in choreb, & adorauerũt conflatile.

20 Et mutauerunt gloriam suam, in similitudinem bouis comedentis fœnum.

21 Obliti sũt dei saluantis eos, faciẽtis magna in ægypto.

22 Mirabilia in terra chã, terribilia in [9] mari rubro.

[9] Sup mare rubrum.

23 Et dixit ut destrueret eos, nisi Moyses electus eius stetisset in confractione ante conspectum eius, ut auerteret [10] iram illius ne dissiparet [11].

[10] Conuerteret.

[11] Disperderet.

24 Et abominati sunt terram desiderii, non crediderũt uerbo eius.

25 Et murmurauerunt in tentoriis suis, non audierunt uocem domini.

26 Et leuauit manum suã aduersus [12] eos, ut deiiceret eos in deserto.

27 Et ut deiiceret semen eorum in gentibus, & dispergeret eos in terris.

28 Et coniuncti [13] sunt baalpeor, & comederunt sacrificia mortuorum.

29 Et ad iracundiam prouocauerunt in [14] studiis suis, & irruit in ipsis pestis.

30 Et stetit phinees & execut⁹ẽ iustitiã, & cessauit [15] pestis.

31 Et imputatũ fuit illi ad iustitiam, in generatione & generationem usq in æternum.

32 Et ad iracundiam [16] concitauerunt super aquas contentionis, & malum [17] intulit moysi propter eos.

33 Quoniam prouocauerunt spiritum eius, & locut⁹ est [18] cum labiis suis.

34 Non destruxerũt populos, quos dixit dominus illis.

35 Et cõmixti sunt inter gentes, & didicerũt opa eoꝝ.

36 Et seruierunt sculptilibus eorum, & fuerunt [19] illis in scandalum.

37 Et sacrificauerũt filios suos, & filias suas dæmonibus.

38 Et effuderunt sanguinem innocentis sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarũ quas sacrificauerũt sculptilibus chanaan, & polluta [20] est terra sanguinibus.

39 Et coinquinati sunt in operibus suis, & fornicati sunt in studiis [21] suis.

40 Et exarsit ira domini in populo suo, & abominatus est hæreditatem suam.

41 Et dedit eos in manu gentium, & dominati sunt eis qui oderunt eos.

42 Et oppsserũt eos iimici eoꝝ, & cõtriti sũt sub mãu eoꝝ.

43 Sæpe numero liberauit eos, ipi uero rebelles [22] facti sũt in cõsiliis suis, & depssi fuerũt propter iniquitatẽ suã.

44 Et uidit [23] tribulationẽ ipsorum, cum audiret lamentationem [24] eorum.

45 Et memor fuit erga illos [25] fœderis sui, & pœnituit eũ ẽm multitudinem misericordiarum eius.

46 Et dedit eos in miserationes, coram omnibus qui in captiuitatẽ [26] duxerant illos.

[12] Propter illos ut ꝓsterneret eos.
[13] Proprie sigñcat iugũ imponere.
[14] In operibus suis & cõfracta est.
[15] Prohibita est.
[16] Ad irã prouocauerunt.
[17] Et malum fuit Moysi.
[18] Mouit.
[19] Offendiculum.
[20] Infecta.
[21] Operibus suis.
[22] Ad iracundiam concitauerunt.
[23] Et respexit in tribulatione.
[24] Clamorẽ eorũ.
[25] Fuit illis.
[26] Capientibus.

47 Saluos nos fac dñe deus noster,& congrega nos de gentibus,ad [17] celebrandũ nomen sanctitatis tuæ ad laudã-dum [18] cum laude tua.

[17] Vt cõfiteamur noĩ
[18] Vt lauderis.

48 Benedictus dominus deus israel a seculo & usq; in seculum,& dicet omnis populus amen,halleluia.

Psalmus centesimus septimus.

1 Confitemini [1] domino quoniam bonus,quoniã in seculum misericordia eius.

[1] Celebrate dñm.

2 Dicant qui redempti sunt a domino, quos redemit de manu tribulantis.

3 Et de terris cõgregauit eos, ab oriente & ab occidente, ab aquilone & a meridie.

4 Errauerunt in deserto [2],in inculta uia,ciuitatem habitationis [3] non inuenerunt,

[2] In ruina destructione uiç,aut uia destructa aut deuastatione uiæ.
[3] Sessionis.

5 Esurientes etiam sitientes,anima eorum in ipsis mœrore [4] operiebatur.

[4] Anxietate inuoluebatur.

6 Et clamauerunt ad dominũ dum tribularentur, de coartationibus [5] eorum liberauit eos.

[5] Angustiis.

7 Et direxit illos per uiam rectam, ut irent in ciuitatem habitationis.

8 Manifestent [6] domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum.

[6] Celebrabunt.

9 Quoniam satiauit animam concupiscentem [7], & animam esurientem impleuit bono.

[7] Vacuã inanem.

10 Habitantes [8] in tenebris & umbra mortis, uinctos afflictione [9] & ferro.

[8] Sedentes.
[9] Miseria pauptate.

11 Quoniam defecerunt [10] ab eloquiis dei, & consilium altissimi blasphemauerunt.

[10] Exacerbauerunt.

12 Et contriuit in labore cor eorum, corruerunt & nõ fuit qui [11] adiuuaret.

[11] Auxiliator.

13 Et clamauerunt ad dominum in tribulatiõe eorum,de coartationibus [12] eorum saluauit eos.

[12] Angustiis.

14 Eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & uincula eorum dirupit [13].

[13] Dissoluit.

15 Manifestent [14] domino misericordiam eius,& mirabilia eius filiis hominum.

[14] Celebrent.

16 Quia cõtriuit portas æreas,& uectes ferreos cõfregit [15].

[15] Cõminuit ĩcidit.

17 Insipientes [16] a uia transgressionis eorum, & a delictis suis afflicti [17] fuerunt.

[16] Velut ĩsipiẽtes pręuia transgressionis.
[17] Affligentur.

18 Omnem escam abominata [18] est anima eorũ, & appropinquauerunt usq; ad portas mortis.

[18] Abominabit.

19 Et clamauerunt ad dominum in tribulatione eorum, de coartationibus [19] eorum saluauit eos.

[19] Angustiis.

20 Misit uerbum suũ & sanauit eos, & liberauit a corruptionibus [20] eos.

[20] A foueis ipsorũ [vel] ipsos a foueis.

[21] Celebrabũt.

21 Manifestent [21] domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum.

[23] Narrabunt.

22 Et sacrificent [22] sacrificia confessionis, & narrent [23] opera eius in exultatione [24].

[22] Et sacrificabũt.

[24] Cantico.

23 Qui descendunt in mare nauibus, qui faciunt opus in aquis multis.

24 Ipsi uiderũt opa dñi, & mirabilia eius in profundo.

25 Et dixit & collocauit [25] uentum turbinis, & eleuauit undas eius.

[25] Et statuit fecit stare.

26 Ascendent [26] in cœlum & descendẽt in abyssos, anima eorum in malo liquefiet.

[26] Ascẽderũt descẽderũt tabefiet.

27 Conterentur [27] & mouebuntur uelut ebrius, & omnis sapientia eorum deprimetur.

[27] Circuibunt, circungirabunt.

28 Et clamauerunt ad dominum in tribulatione eorũ, & de coartationibus [28] eorum saluauit eos.

[28] Angustiis.

29 Locauit turbinem in tranquillitatem, [29] & siluerũt undæ eorum.

[29] In silentium.

30 Et lætati sunt quoniam siluerunt, & deduxit illos in regionem uoluntatis [30] eorum.

[30] Desiderii.

31 Manifestent [31] dño misericordiã eius, & mirabilia eius filiis hominum.

[31] Celebrabunt.

32 Et exaltent [32] eum in ecclesia populi, & in cathedra seniorum laudent eum.

[32] Exaltabũt laudabunt.

33 Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in siccitatem.

34 Terram fructiferam in sterilitatem [33], præ malitia habitantium in ea.

[33] Salsuginem.

35 Posuit desertum in stagnum aquarum, & terram siccitatis [34] in egressus aquarum.

[34] Solitudinis.

36 Et collocauit ibi esurientes, & firmauerũt [35] ciuitatem habitationis.

[35] Direxerunt.

37 Et seminauerunt agros, & plantauerunt uineas, & fecerunt fructum & fruges.

38 Et benedixit illis & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum non minuit.

39 Et diminuti fuerunt atq; humiliati, ab oppressione,[36] malo & anxietate.

40 Effudit contemptum super principes, & fecit eos errare in solitudine[37] sine uia.

41 Et exaltauit inopem ab afflictione, & posuit uelut oues familias[38].

42 Videbunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas cõtrahet os suum.

43 Quis sapiens & custodiet hæc? & intelligens[40] misericordias domini.

[36] Imperio.
[37] Vacuo.
[38] Progenies.
[39] Et intelligent misericordię domini.

Titulus psalmi centesimi octaui.

Canticum psalmi dauid.

Psalmus centesimus octauus.

1 Paratum[1] cor meum deus, cantabo & psallam, etiam gloria mea.

2 Exurge nablum & cithara, excitabo[2] auroram.

3 Celebrabo te in populis domine, & psallam tibi in nationibus.

4 Quoniam magna super cœlos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas tua.

5 Exaltare super cœlos deus, & sup oẽm terrã gl'ia tua.

6 Vt liberentur dilecti tui, saluam fac dexteram tuam & responde mihi.

7 Deus locutus est in sanctitate sua, exultabo diuidam sichem, & uallem suchoth metiar.

8 Meus est galaad, & meus est manasses, & effraim fortitudo capitis mei, iuda dux meus.

9 Moab olla lotionis meæ, super idumæam proiiciã[3] calciamentum meũ, super philisteam iubilabo.

10 Quis deducet me in ciuitatem munitionis, quis deducet me usq; in idumæam.

11 Nonne[4] deus oblitus es nostri, & non egredieris deus cum exercitibus nostris.

12 Da nobis auxilium in tribulatione,[5] quoniam uanitas salus ab homine.

13 In deo faciemus uirtutem[6], & ipse conculcabit tribulantes nos.

[1] Directũ cor meũ.
[2] Id est nõ ipa aurora excitabit me, sed cũ ego surgã ante auroram uidebor excitare illam.
[3] Extendam.
[4] Certe deus dereliquisti nos.
[5] De tribulatione.
[6] Exercitum fortitudinem.

Titulus psalmi centesimi noni.

[1] Effundenti sanguinem.

Vincenti [1] dauid psalmus.

Psalmus centesimus nonus.

1 Deus laudis meæ, ne taceas.

2 Quoniam os impii & os fraudis super me aperta sunt, locuti sunt aduersum me lingua falsitatis:

3 Et uerbis odii circundederunt me, & præliati sunt aduersum me sine causa.

4 Pro dilectione [2] mea aduersati sunt mihi, ego [3] autem orabam.

[2] Pro eo quod diligebam.

[3] Ego autem oro, uel oronē. s. fundebā.

5 Et posuerunt aduersum me malum pro bono, & odiū pro dilectione mea.

6 Constitues [4] super eū impiū, & sathan stet a dextris ei9.

7 Dū iudicabit egrediat impius, & oratio eius sit in pctū.

8 Sint dies eius pauci, dominiū [5] eius accipiat alter.

9 Sint filii eius orphani, & uxor eius uidua.

10 Et instabiles [6] uagētur filii eius, & mendicēt [7], & inquirant ex deuastationibus [8] eorum.

11 Perdat [9] exactor uniuersa quæ habet, & diripiant alieni laborem eius.

12 Nec sit illi attrahens [10] misericordiam, neque sit qui misereatur pupillis eius.

13 Sit nouissimum eius interitus, [11] in generatione altera deleatur nomen eorum.

14 Redeat in memoriam delictum patrum eius apud dominum, & peccatum matris eius ne extinguatur.

15 Sint in cōspectu domini semper, & perimat de terra memoriam eorum.

16 Quōniam [12] nō est recordat9 exercere misericordiā, & psecut9 est uirū pauperē & iopē, & cōpūctū [13] corde ut occideret.

17 Et dilexit maledictionem & ueniet [14] illi, & noluit benedictionem & elongabitur ab eo.

18 Et indutus [15] est maledictione sicut uestimento suo, & ingressa est uelut aqua in uiscera eius, & uelut oleum [16] in ossa eius.

19 Sit illi sicut pallium quo operietur, & in cingulum iugiter accingat illam.

20 Hoc opus aduersantium [17] mihi a domino, & loquentium malum aduersus animam meam.

[4] Præpone.
[5] Præpositurā, uel epatum eius.
[6] Nutantes moueantur.
[7] Et petant.
[8] Desolationibus.
[9] Illaqueet.
[10] Præstans.
[11] Vt perimatur.
[12] Pro eo quod nō est recordatus facere misericordiam.
[13] Contritum.
[14] Et ingredietur in illum.
[15] Et induit.
[16] Medulla uel pinguedo.
[17] Illorum qui aduersantur mihi.

21 Tu autem deus domine fac mecum propter nomen tuum, quoniam bona misericordia tua, eripe me.

22 Quoniam pauper & egenus ego sum, & cor meum uulneratum [18] est intra me.

23 Sicut umbra cum inclinatur ambulaui [19], excussus sum sicut locusta.

24 Genua mea corruerunt præ ieiunio, & caro mea exaruit [20] a pinguedine.

25 Ego autem factus sum obprobrium illis, uidebunt me mouebunt caput suum.

26 Adiuua me domine deus meus, saluum me fac secundum misericordiam tuam.

27 Et cognoscent [21] qm̃ manus tua hæc, tu dñe fecisti eã.

28 Maledicent ipsi & tu benedices, surrexerunt [22] & cõfundentur, & seruus tuus lætabitur.

29 Induantur aduersantes mihi obprobrio, & operiantur uelut pallio confusione eorum.

30 Confitebor [23] domino uehementer ore meo, & in medio multorum laudabo eum.

31 Quoniam stabit a dextris pauperis, ut saluet a iudicantibus animam eius.

[18] Vacuum.
[19] Deductus sum.
[20] Aruit a pinguedine i. qa nõ hẽo ãplius illã, uel macuit p̃ oleo uel a pinguedine.
[21] Scient.
[22] Surgent.
[23] Celebrabo dñm.

¶ Titulus psalmi centesimi decimi.

¶ Dauid psalmus.

Psalmus centesimus decimus.

1 DIxit [1] dominus dño meo, sede a dexteris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuoꝝ.

2 Virgam uirtutis [2] tuæ emittet dominus ex syon, dominare in medio inimicorum tuorum.

3 Populus tuus cum oblatiõibus [3] in die [4] uirtutis tuæ in decoribus sanctitatis, ex utero ortus est tibi ros generationis tuæ.

4 Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum ſm [5] ordinem malchisedech.

5 Dominus a dextris tuis, percussit in die iræ suæ reges.

6 Iudicabit in gentibus, congregauit [6] cadauera, percussit caput [7] super terram multam.

7 De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.

[1] Dictum domini.
[2] Fortitudinis.
[3] Oblatiões.s. munificas, uel liberales offerent, uel oblationes erit uel aliq̃d aliud.
[4] In die fortitudis tuę in mõti bus sctitatis ex uulua. p̃ie ct⁹ est uel egressus tibi ros iuuẽtutis tuę, uel ex mr̃e, uel ex mr̃ice di lucſo uelut aurora surrexit tibi, ul' sup̃ auro rã tibi ros natiuitatis tuæ.
[5] Iuxta p̃positionem, uel iuxta causam melchisedech.
[6] Impleuit, uel plenũ ẽ cadaueribꝰ. s. p totũ uel impleuit ualles.
[7] Principẽ. s. q erat su p terrã mſtã ul' caput multũ super terrã.

Psalmus centesimus undecimus.

Halleluia.

1 Celebrabo dominum in toto corde, in secreto recto rum & congregatione.

2 Magna opera domini, exquisita [1] ab omnibus cupientibus ea.

3 Confessio [2] & decor opus eius, & iustitia eius manet in æternum.

4 Memoriam fecit mirabiliũ suoꝝ, clemens [3] & pius dñs.

5 Escam [4] dedit timentibus eum, memor erit in æternũ fœderis [5] sui.

6 Virtutem operum suorum annunciauit populo suo, ut daret [6] illis hæreditatem gentium.

7 Opera manuum eius ueritas & iudicium, fidelia omnia præcepta eius.

8 Confirmata in seculum in æternum, facta in ueritate & æquitate.

9 Redemptionem misit populo suo, mãdauit in æternũ fœdus [7] suum, sanctum & terribile nomen eius.

10 Initium sapientiæ timor domini, intellectus bonus oĩbus facientibus ea [8], laus eius permanet in æternum.

[1] Exq̃sita in oẽs uolũtates eoꝝ uel in omibus desideriis eorum.

[2] Glĩa, pulchritudo celebritas.

[3] Misericors & miserator.

[4] Prædam.

[5] Testamenti.

[6] Vt det.

[7] Testamẽtum.

[8] Scilicet mãdata.

Psalmus centesimus duodecimus.

Halleluia.

1 Beatus uir qui timet dominum, in mandatis eius cupit [1] nimis.

2 Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.

3 Vbertas [2] & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in æternum.

4 Exortum est in tenebris lumen rectis, clemens & pius & iustus.

5 Beatus [3] uir qui miseretur & commodat, dispensabit [4] uerba sua in iudicio.

6 Quoniam in æternum non commouebitur, in memoria æterna erit iustus.

7 Ab auditu malo non timebit, firmum [5] cor eius confidens in domino.

8 Confirmatum [6] est cor eius non timebit, donec despiciat [7] tribulantes eum.

9 Dispersit [8] dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum, cornu eius exaltabitur in gloria.

[1] Amat diligit uult.

[2] Copia.

[3] Bonus, fœlix.

[4] Gubernabit.

[5] Paratum.

[6] Paratum.

[7] Videat in inimicos suos.

[8] Expẽdit sumptitauit uel expensas largitus est.

10 Impius uidebit & irascetur, dentibus suis frendet & liquescet, desiderium impiorum peribit.

Psalmus centesimus decimus tertius.

Halleluia.

1 Laudate ipsum serui domini, laudate nomen dñi.
2 Sit nomen domini benedictum, ex nunc & usq; in æternum.
3 A bortu solis usq; ad occasum eius, laudabile [1] nomen domini.
4 Excelsus super omnes gentes dominus, super cœlos gloria eius.
5 Quis sicut dñs de⁹ noster qui se exaltat ut habitet, [2] qui se humiliat ut respiciat in cœlo & in terra.
6 Eleuans [3] de puluere inopem, de stercoribus exaltabit mendicum.
7 Vt collocet eũ cũ principibus, cũ principibus ppři sui.
8 Qui [4] habitare facit sterilem domus, matrem filiorum lætantem, halleluia.

[1] Laudatum.
[2] Vt sedeat.
[3] Suscitãs erigens.
[4] Collocat sterilẽ in domo mřem filiis lætantem.

Psalmus centesimus decimus quartus.

1 Cum egrederetur israel de ægypto, domus iacob de populo barbaro.
2 Factus [1] est iudas in sanctitaté eius, israel ptátes [2] eius.
3 Mare uidit & fugit, iordanis conuersus est retrorsum.
4 Montes subsiluerũt sicut arietes, colles sicut agni [3] ouiũ.
5 Quid est tibi mare q̃ [4] fugisti, iordanis conuersus es retrorsum.
6 Mõtes subsilistis [5] sicut arietes, colles sicut agni [6] ouiũ.
7 A facie domini contremisce [7] terra, a facie dei iacob.
8 Qui conuertit petram in stagna aquarũ, silicem in fontem aquarum.

[1] Facta est iudęa.
[2] Dñatores eius.
[3] Filii.
[4] Quod fugies conuerteris.
[5] Saltabitis.
[6] Filii.
[7] Creatoris terræ.

Psalmus centesimus decimus quintus.

1 Non nobis dñe nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã, propter misericordiã tuam & ueritaté tuã.
2 Cur dicent gentes, ubi est nunc [1] deus eorum.
3 Deus aũt noster in cœlo, oĩa quæcũq; uoluit fecit.
4 Simulachra eorum argentum & aurum, opus manuum hominis.
5 Os habẽt & nõ loquenť, oculos habẽt & nõ uidebũt.
6 Aures habẽt & nõ audiẽt, nares habẽt & nõ odorabũt.

[1] Quæso.

7 Manus habent & nō palpabūt, pedes habent & nō ambulabunt, non loquentur gutture suo.
8 Similes illis fiant qui faciunt ea, oīs qui cōfidit in eis.
9 Israel spera[1] in domino, auxiliū eoꝝ & scutū eoꝝ ipse.
10 Domus aaron sperate[2] in domino, auxilium eorum & scutum eorum ipse.
11 Timentes dominum sperate[3] in domino, auxilium eorum, & scutum eorum ipse.

[1] Confide.
[2] Confidite.
[3] Confidite.

Psalmus centesimus decimus sextus.

1 Dominus memor[1] fuit nostri, benedicet, benedicet domui israel, benedicet domui aaron.
2 Benedicet timentibus dn̄m, pusillis cum magnis.
3 Adiiciat[2] dn̄s sup uos, sup uos & sup filios uestros.
4 Benedicti uos a dn̄o, qui fecit cœlum & terram.
5 Cœlum[3] cœli dn̄o, terram aūt dedit filiis hominū.
6 Non mortui laudabunt dominum, neq; omnes qui descendunt in silentium.[4]
7 Nos autē benedicemus domino, ex nunc & usq; in æternum halleluia.

[1] Masculis nostris benedicet.
[2] Addat.
[3] Cœli cœli domini sunt.
[4] Foueam.

Psalmus centesimus decimus septimus.

1 Dilexi[1] quoniam exaudiet dominus, uocem[2] deprecationum mearum.
2 Quia inclinauit aurē suā mihi, & ī dieb⁹ meis īuocabo.
3 Circunderūt me dolores[3] mortis, & angustiæ inferni[4] inuenerunt me, tribulationē & anxietatē inueniā.
4 Et nomē dn̄i īuocabo, obsecro dn̄e eripe aīam meā.
5 Clemens[5] dn̄s & iustus, & deus noster miseretur.
6 Custodiēs paruulos[6] dominus, attenuatus[7] sum & me saluabit.
7 Reuertere[8] anima mea in requiem tuam, quoniā dominus retribuit tibi[9].
8 Quoniam eripuisti animam meam de morte oculum meum a lachrymis, pedem meum a lapsu[10].
9 Ambulabo in conspectu domini, in terris uiuentiū.
10 Credidi[11] quoniā loquar, ego hūiliatus sum nimis.
11 Ego dixi in præcipitatione[12] mea, om̄is homo mēdax.
12 Quid reddam dn̄o, oēs[13] retributiones eius sup me.
13 Calicē salutationū accipiā,[14] & nomen dn̄i inuocabo.
14 Vota mea dn̄o reddā, nūc corā[15] omni populo eius.

[1] Desideraui cōcupiui q̄ exaudiat dn̄s.
[2] Vocē meā & deprecationes meas.
[3] Funes.
[4] Foueæ.
[5] Misericors dn̄s.
[6] Simplices & persuasibiles.
[7] Pauper effectus sum.
[8] Conuertere.
[9] Super te.
[10] Ab impulsu & euersione.
[11] Credidi q̄ob rē loq̄r ego rn̄ di locutus sum testificat⁹ sum præcinui.
[12] In festinatione mea.
[13] Pro oībus retributiōibus q̄ retribuit mihi.
[14] Leuabo.
[15] Corā nunc pplo.

15 P reciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius.

16 O ro domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus filius ancillæ tuæ, dirupisti [16] uincula mea.

17 T ibi sacrificabo sacrificium confessionis [17], & nomen domini inuocabo.

18 V ota mea dño reddã, nunc corã oĩm populo eius.

19 I n atriis domus dñi, in medio tui hierusalẽ, halleluia.

20 L audate dñm omñes gentes, laudate eũ oẽs populi.

21 Q uoniã multiplicata [18] est super nos misericordia eius. & ueritas dñi in æternũ, halleluia.

[16] Dissoluisti.
[17] Laudis celebrationis.
[18] Corroborata.

Psalmus centesimus decimus octauus.

1 C Onfitemini [1] dño qm̃ bonus, qm̃ in æternum misericordia eius.

2 D icat nunc israel, qm̃ in æternũ misericordia eius.

3 D icat nũc domus aaron, qm̃ ĩ æternũ misericordia ei9.

4 D icãt nũc qui timent dñm, qm̃ in æternũ mĩa eius.

5 D e tribulatiõe [2] inuocaui dñm, rñdit mihi in latitudine dominus.

6 D ominus [3] pro me, nõ timebo, quid faciet mihi homo?

7 D ominus [4] pro me, inter auxiliantes mihi, & ego [5] despiciam odio habentes me.

8 M elius est cõfidere in dño, q̃ sperare in hoĩe.

9 M elius est cõfidere in dño, q̃ sperare in principibus.

10 O ẽs gẽtes circuierũt me, in noĩe dñi qm̃ perimã illas.

11 C ircuierũt me, etiam circũdederũt me, in nomine domini quoniã perimam illas.

12 C ircundederũt me sicut apes, extinctæ sunt sicut ignis spinarum, in noĩe dñi qm̃ perimã illas.

13 I mpellens impulit me ut caderẽ, & dñs adiuuit me.

14 F ortitudo mea & canticũ dñs, & factus est mihi ĩ salutẽ.

15 V ox exultationis [6] & salutis, in tentoriis iustorum dextera dñi fecit uirtutem [7].

16 D extera dñi exaltata est, dextera dñi fecit uirtutem.

17 N on moriar sed uiuam, & narrabo opus dñi.

18 C astigans castigauit me dñs, & morti nõ tradidit me.

19 A perite mihi portas iustitiæ, ĩgrediar eas cõfitebor domino hæc porta dñi iusti intrabunt in eam.

20 C onfitebor [8] tibi quoniam respõdisti mihi, & factus es mihi in salutem.

[1] Celebrate dñm.
[2] De angustia.
[3] Dominus mihi.
[4] Dñs mihi.
[5] Et ego uidebo in odio me proseq̃ntes.
[6] Cantici.
[7] Fortitudinem exercitum.
[8] Celebrabo te.

21 Lapidem [9] reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli.

22 A dño factũ est istud, est [10] mirabile in oculis nostris.

[11] Hũc diẽ fecit. 23 Hæc [11] dies quã fecit dñs, exultemus & lætemur in ea.

24 Obsecro domine salua nunc, obsecro domine prosperare [12] nunc.

25 Benedictus qui uenit in noĩe domini, benedicimus uobis de domo domini.

[13] Splendorẽ uel lumẽ pstabit nobis. 26 Deus dñs & illuminabit [13] nos, uincite agnũ [14] funibus usq ad cornua altaris.

27 Deus meus es tu & celebrabo te, deus meus & exaltabo te.

28 Confitemini domĩo quoniam bonus, qm̃ in æternum misericordia eius.

[9] Lapis quẽ reprobauerunt.
[10] Hoc ẽ mirabile, uel occultũ in oculis nostris.
[11] Da psperitatẽ.
[14] Festiuitatẽ, oblationẽ, solennitatẽ, cũ condensis.

Psalmus centesimus decimus nonus.

א Aleph

1 BEati immaculati [1] in uia, qui ambulãt in lege dñi.

2 Beati qui custodiũt testimonia eius, in toto corde exquirent eum.

3 Non enim operati sunt iniquitatem, in uiis eius ambulauerunt.

4 Tu mandasti, præcepta tua custodiri nimis.

5 Utinam dirigantur [2] uiæ meæ, ad custodienda statuta tua.

6 Tunc non confundar, dum respexero ad omnia mandata tua.

7 Celebrabo te in rectitudine cordis, cum didicero iudicia iustitiæ tuæ.

8 Statuta tua custodiam, ne derelinquas me nimis [3].

[1] Simplices perfecti uiæ.
[2] Stabiliantur.
[3] Usq nimis.

ב Beth

1 IN quo emendabit [1] adolescens semitam suam, ut custodiat iuxta uerbum tuum.

2 In toto corde meo exquisiui te, ne facias me errare a pceptis tuis.

3 In corde meo abscondi eloquiũ tuũ, ut nõ peccem tibi.

4 Benedictus tu dñe, doce me statuta tua.

5 Labiis [2] meis narraui, omnia iudicia oris tui.

6 In uia testimoniorum tuorum delectatus [3] sum, sicut in omni copia diuitiarum.

7 In mãdatis tuis exercebor [4], & respiciã semitas tuas.

8 In statutis tuis delectabor [5], nõ obliuiscar uerboꝝ tuoꝝ.

[1] Mundabit, purificabit, corriget.
[2] In labiis.
[3] Iucũdatus sum.
[4] Loqr, narrabo, & cõsiderabo.
[5] Meditabor.

Ghimel.

1 Retribue seruo tuo, uiuã & custodiã uerbũ tuũ.

2 Reuela oculos meos, & cõsiderabo [1] mirabilia de lege tua.

3 Incola ego sum in terra, ne abscõdas a me ꝓcepta tua.

4 Confracta [2] est anima mea præ desiderio, erga iudicia tua in omni tempore.

5 Increpasti superbos, maledicti qui errant [3] a præceptis tuis.

6 Aufer a me obprobrium & contemptum, quoniam testimonia tua custodiui.

7 Etenim sederũt principes, aduersum me locuti sunt, seruus tuus exercebatur [4] in statutis tuis.

8 Etiã testimonia tua delectatiões meæ, uiri cõsilii mei.

[1] Respiciam.
[2] Obruit.
[3] Delinquunt.
[4] Loq̃bat, narrabat.

ד Daleth

1 Adhæsit pulueri anima mea, uiuifica me ſm uerbum tuum.

2 Vias meas narraui & respondisti mihi, doce me statuta tua.

3 Viam mandatorum tuorum fac me intelligere, & loquar [1] in mirabilibus tuis.

4 Liquefacta est [2] anima mea præ anxietate, confirma me iuxta uerbum tuum.

5 Viã falsitatis aufer [3] a me, & de lege tua miserere mei.

6 Viam ueritatis elegi, iudicia tua feci [4]

7 Adhæsi testimoniis tuis dñe, ne confundas me.

8 Viam [5] mãdatoꝝ tuoꝝ ꝑcurrã, cũ dilatabis cor meũ.

[1] Meditabor, narrabo.
[2] Lachrymauit, distillauit.
[3] Declina.
[4] Proposui, uel posui.
[5] Per uiã mandatoꝝ tuorũ curram.

ה He.

1 Doce me dñe uiã statutorũ tuorũ & custodiam eã usq; [1] in calcem.

2 Da [2] mihi intellectum & custodiam legem tuam, & custodiam illam in toto corde.

3 Deduc [3] me in semitam præceptorum tuorũ, quia ipsam uolui.

4 Inclina cor meum ad testimonia tua, & non ad auaritiam [4].

5 Auerte [5] oculos meos ne uideant uanitatem, in uia tua uiuifica me.

6 Statue [6] seruo tuo eloquiũ tuũ, quod [7] in timore tuo.

7 Amputa [8] obprobriũ meum quod timui, quoniam iudicia tua bona.

8 Ecce cõcupiui mãdata tua, in iustitia tua uiuifica me.

[1] Propter ꝓmium.
[2] Fac me intelligere.
[3] Dirige me per semitam.
[4] Lucrum.
[5] Fac transire.
[6] Confirma fac surgere.
[7] Quĩ timore tuo. s. permanet, uel q̃ eloquiũ fuit his qui in timore tuo.
[8] Fac transire.

ו

Vau

1 ET accedant [1] ad me misericordiæ tuæ domine, salus tua secundum eloquiũ tuum. [1] Veniãt mihi.

2 Et respondebo exprobrãti mihi uerbum, quoniam speraui in uerbo tuo.

[2] Eripias. 3 Et ne auferas [2] de ore meo uerbum ueritatis nimium [3], quia in iudiciis tuis speraui. [3] Vsq; nimis.

4 Et custodiã legem tuã iugiter, in æternũ & semper.

5 Et ambulabo in latitudine, qa mãdata tua exquisiui.

6 Et loquar [4] testiõia tua corã regibus, & nõ cõfundar. [4] Loquar in testimoniis tuis.

7 Et delectabor in præceptis tuis, quæ dilexi.

2 Nisi dominus fuisset [2] pro nobis, cum exurgeret aduersum [3] nos homo.
3 Tunc uiuos deglutissent nos, dum irasceretur furor eorum in nos.
4 Tunc aquæ inundassent nos, torrens [4] transisset super animam nostram.
5 Tunc transissent sup aĩam nr̃am, aquæ elatæ.
6 Benedictus dominus qui nõ dedit nos, in prædam dentibus eorum.
7 Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo [5] uenantium, laqueus contritus est & nos liberati sumus.
8 Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terrã.

[1] Qui fuit nobis.
[2] Qui fuit nobis.
[3] Super nos.
[4] Infirmitas transiuit
[5] De laqueo extendẽtium offendicula.

℄ Titulus psalmi centesimi uigesimi quinti.
℄ Canticum graduum.
Psalmus centesimus uigesimus quintus.

1 QVi confidunt in domino sicut mons syon, nõ [1] cõmouebitur, in æternum habitabit.
2 Hierusalem, montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui, ex nunc & usq; in æternũ.
3 Qm̃ nõ requiescet [2] uirga impietatis super sortẽ iustorum, ut nõ mittant [3] iusti ad iniquitatem manus suas.
4 Benefac domine, bonis & rectis corde.
5 Declinantes [4] per peruersa eorũ deducet dominus cũ operantibus iniquitatem, pax super israel.

[1] Nõ labent in æternũ hitabũt, u. sedebunt.
[2] Derelĩqt u. dimittẽt
[3] Extendant.
[4] Extẽdẽtes lubrica s. ut faciãt cadere alios, uel tendẽtes peruersa eoꝝ, uel facientes declinare.

℄ Titulus psalmi centesimi uigesimi sexti.
℄ Canticum graduum.

Psalmus centesimus uigesimus sextus.

1 CVm conuertet [1] dominus captiuitatem syon, facti sumus [2] sicut somniantes [3].

2 Tunc replebitur risu os nostrum, & lingua nostra exultatione, tunc dicent in gentibus magnificauit dominus facere cum istis.

3 Magnificauit dñs facere nobiscũ, facti sumus lætantes.

4 Conuerte [4] domine captiuitatem nostram, sicut torrẽtes [5] in austro.

5 Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.

6 Euntes ibit & flens portans preciosum [6] semen, ueniẽs ueniet cum exultatione portans manipulos suos.

[1] Sedauerit.
[2] Erimus.
[3] Sicut corroborati.
[4] Seda.
[5] Sicut inundatiões aquæ ĩ meridie, uel in siccitate.
[6] Protracte de longe uel in hetruriã ut supra.

Titulus psalmi centesimi uigesimi septimi.

Canticum graduum Salomonis.

Psalmus centesimus uigesimus septimus.

1 NIsi dominus ædificauerit domũ, in uanum laborauerunt qui ædificant [1] eam, nisi dominus custodierit ciuitatem in uanum uigilauit [2] custodiens.

2 Vanum [3] est uobis diluculo præuenientibus surgere, retardantibus sedere, comedentibus panem dolorum, sic dabit dilecto suo somnium.

3 Ecce hæreditas dñi filii merces, fructus uentris.

4 Sicut sagittæ in manu potẽtis, sic filii adolescentiarũ [4].

5 Beatus uir qui impleuit pharetram suam ex ipis, nõ cõfundent̃ cũ loquent̃ cum inimicis in porta.

[1] Edificatores eius in ipsa.
[2] Exercuit se.
[3] Vanũ uobis puenientes diluculo surgere. i. optatis puenire tẽpus ut extollami. retardãtes sedere. i. uanũ est uobis q retardatis tẽpus ut sileatis uel ut habiteris. sic Dabit &c.
[4] Excussorum.

Titulus psalmi centesimi uigesimi octaui.

Canticum graduum.

Psalmus centesimus uigesimus octauus.

1 BEatus qcũq timet dñm, qui ambulat in uiis eius.

2 Laborem palmarum tuarum quoniam [1] comedes, beatus tu & bonum tibi.

3 Vxor tua sicut uitis fructifera, in lateribus dom⁹ tuæ, filii tui sicut plantulæ [2] oliuaꝝ in circuitu mensæ tuæ.

4 Ecce quoniã sic benedicet̃ uir, qui timet dominũ.

5 Benedicat tibi dominus ex syon, & uideas [3] bonitatem hierusalem omnibus diebus uitæ tuæ.

6 Et uideas [4] filios filiorum tuorum, pacem sup israel.

[1] Cũ comederis.
[2] Nouellæ.
[3] Et uide in bonitate.
[4] Et uide.

Titulus psalmi centesimi uigesimi noni.

Canticum graduum.

Psalmus centesimus trigesimus nonus.

1 Sepe[1] expugnauerunt me a iuuentute mea,dicat nũc israel.
2 Sæpe[2] expugnauerunt me a iuuentute mea,etiam non potuerunt mihi[3].
3 Supra dorsum meum arauerũt arantes,protraxerunt[4] sulcum suum.
4 Dominus iustus,concidit iugum[5] impiorum.
5 Confundantur & conuertantur retrorsum,omẽs odio habentes syon.
6 Sint[6] sicut fœnũ tectoꝝ,quod priusq̃ euellat[7] exaruit.
7 De quo non impleuit palmam suam metens,& alã[8] suam manipulos colligens[9].
8 Et non dixerunt qui transibant[10] benedictio domini super uos,benedictimus uobis in nomine domini.

[1] Magna.s.ãgustia uł mltũ tribulauerẽt me ab adolescentia mea.
[2] Magna.s.ãgustia,uel multũ tribulauerẽt me ab adolescentia mea.
[3] Aduersum me.
[4] Prolongauerunt.
[5] Funes.
[6] Fiant.
[7] Egrediatur.
[8] Sinũ suũ,uel brachium suum.
[9] Faciens.
[10] Transeuntes.

ℭ Titulus psalmi centesimi trigesimi.

ℭ Canticum graduum.

Psalmus centesimus trigesimus.

1 Deprofundis clamaui,ad te domine.
2 Domine exaudi uocem meam, sint[1] aures tuæ intendentes[2] in uocem deprecationũ mearũ.
3 Si iniquitates obseruaueris dñe,dñe quis ꝑmanebit.
4 Quia[3] apud te propitiatio,ut timearis.
5 Expectaui dñm expectauit aĩa mea,& ĩ uerbo ei⁹ speraui
6 Anima[4] mea in domino supra[5] obseruãtes mane,ob seruantes mane.
7 Speret israel in domino,quoniam[6] apud dominũ misericordia,& multa apud eum redemptio.
8 Et ipse redimet israel,ex omnibus iniquitatibus eius.

[1] Fiant.
[2] Auscultantes.
[3] Qm̃ tecũ uenia.
[4] Aĩa mea ĩ dño.s.spe rauit,uł ad dñm clamauit expectauit.
[5] Ex obseruãtibus mane.i.ex nũero obseruãtiũ mane, uł expectãtibus,uel custodientibus .i.ex nũero custodiẽtiũm mane.
[6] Quia cũ deo mĩa.

ℭ Titulus psalmi centesimi trigesimi primi.

ℭ Canticum graduum dauid.

Psalmus centesimus trigesimus primus.

1 Domine nõ est exaltatũ cor meũ,neq; elati sũt õculi mei,neq; ambulaui ĩ magnis,& in occłtis[1] a me
2 Si non posui & humiliaui[2] animã meam, sicut ablactatus sup matrẽ suam,sicut ablactatus sup me aĩa mea.
3 Speret israel in domino,ex nunc & usq; in æternum.

[1] Et in mirabilibus super me.
[2] Feci silere.

ℭ Titulus psalmi centesimi trigesimi secundi.

ℭ Canticum graduum.

Psalmus centesimus trigesimus secundus.

1 MEmento domine dauid, oĩs afflictiõis[1] eius.
2 Qui [2] iurauit dño, uotũ uouit robusto[3] iacob.
3 Si introiero in tabernaculũ domus meæ, si ascẽdero super lectum strati mei.
4 Si dedero somnum oculis meis, palpebris meis dormitationem.
5 Donec inueniã locũ dño, tabernacula robusto[4] iacob
6 Ecce audiuimus illum in effrata, inuenimus illum in campis syluæ.
7 Introibimus in tabernacula eius, adorabimus scabellũ pedum eius.
8 Surge domine in requiem tuam, tu & archa fortitudinis[5] tuæ.
9 Sacerdotes tui induãt iustitiã, & sancti tui exultent[6].
10 Propter dauid seruũ tuũ, ne auertas[7] faciẽ christi tui.
11 Iurauit dñs dauid ueritatem non auertetur[8] ab ea, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam.
12 Si custodierint filii tui fœdus meum, & testimoniũ meum quod docebo eos, etiam filii eorum usq; in æternũ sedebunt super[9] sedem tuam.
13 Quoniã elegit dñs syõ, cõcupiuit[10] eã in cathedrã sibi.
14 Hæc requies mea usq; in æternum, hic sedebo quoniã concupiui eam.
15 Victũ[11] ei^9 bñdicẽs bñdicã, paupes eius saturabo pane.
16 Et sacerdotes eius induam salute, & sancti eius exultatione exultabunt.
17 Illic germinare[12] faciam cornu dauid, ordinaui[13] lucernam christo meo.
18 Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem florebit[14] diadema eius.

[1] Humilitatis eius mansuetudinis.
[2] Quoniam.
[3] Deo iacob.
[4] Deo.
[5] Virtutis.
[6] Cantabunt.
[7] Conuertas.
[8] Conuertetur. uel reuertetur.
[9] In sede tibi.
[10] Cõcupiuit eã in habitationẽ sibi.
[11] Cibũ uiaticum. +egenos
[12] Florescere.
[13] Paraui.
[14] Illustrabit, illucescet nazareus uł nazareitas eius.

Titulus psalmi centesimi trigesimi tertii.

Canticum graduum dauid.

Psalmus centesimus trigesimus tertius.

1 ECce q̃ bonũ & q̃ iucũdũ, habitare frẽs in[1] unũ.
2 Sicut unguentum[2] optimũ super caput, descendẽs super barbam barbã aaron, quod descẽdit super oram uestimentorum eius.
3 Sicut ros hermon qui descendit sup̱ montes syon, quo

[1] Etiam simul.
[2] Oleũ optimũ.

niam illic mãdauit dñs bñdictionẽ uitã usq; in æternũ.

Titulus psalmi centesimi trigesimi quarti.

Canticum graduum.

Psalmus centesimus trigesimus quartus.

1 Ecce benedicite dominum, omnes serui domini, qui statis in domo domini in noctibus.
2 Extollite man⁹ uĩas ad sanctitatẽ, & benedicite dñm.
3 Benedicat te dominus ex syon, qui fecit cœlũ & terrã.

Psalmus centesimus trigesimus quintus.

1 HAlleluia.
2 Laudate nomen domini, laudate serui dñi.
3 Qui statis in domo dñi, in atriis domus dei nostri.
4 Laudate dominũ quoniã bonus dominus, psallite nomini eius quoniam suaue [1].
5 Qm̃ iacob elegit sibi dominus, isrl̃ in peculiũ [2] suum.
6 Quoniã ego cognoui q; magnus dominus, & dominus noster præ omnibus diis.
7 Omnia quæcũq; uoluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.
8 Eleuans [3] nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuia fecit, educens [4] uentum de thesauris suis.
9 Qui pcussit priogenita ægypti, ab hoie usq; ad pecus.
10 Misit signa & prodigia in medio tui ægypte, in pharaone & in omnibus seruis eius.
11 Qui pcussit gẽtes multas, & occidit reges robustos [5].
12 Syon regem amorreorum, & og regem basan & oĩa regna chanaan.
13 Et dedit terrã eoꝝ hæreditatẽ, hæreditatẽ isrl̃ pplo suo.
14 Domine nomen tuum in æternum, domine memoria tui in generatione & generatione.
15 Quoniam ulciscetur [6] dominus populum suũ, & in seruis suis consolabitur [7].
16 Idola gentiũ argentũ & aurũ, opus manuũ hominis.
17 Os habẽt & nõ loquenẽ, oculos habẽt & nõ uidebunt.
18 Aures hñt & nõ audiũt, [8] qppe nõ est spũs in ore eoꝝ.
19 Siles illis fiãt [9] qui faciũt ea, & ois qui sperat in ipsis.
20 Domus isrl̃ bñdicite dño, domus aaron bñdicite dño.
21 Domus leui bñdicite dño, timẽtes dñm bñdicite dño.
22 Bñdictus dñs ex syon q habitat in hierl̃m, halleluia.

[1] Iucundum.
[2] Thesaurum propri etatem eius.
[3] Faciens ascendere.
[4] Inueniens uentũ in cellariis suis.
[5] Multos.
[6] Vindicauit, uel iudicabit.
[7] pœnitebit eum.
[8] Auscultabũt etiam non est.
[9] Sint.

Psalmus centesimus trigesimus sextus.

1 CElebrate dominum quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius.
2 Celebrate deum deorum, quoniam.
3 Celebrate dominum dominorum, quoniam.
4 Qui fecit mirabilia magna solus, quoniam.
5 Qui fecit cœlos in intelligentia,[1] quoniam.
6 Qui extendit terram super aquas, quoniam.
7 Qui fecit luminaria magna, quoniam.
8 Solem in dominium [2] diei, quoniam.
9 Lunam & stellas in potestatem [3] noctis, quoniam.
10 Qui pcussit ægyptũ cũ [4] primogenitis eorũ, quoniã.
11 Et eduxit israel de medio eorum, quoniam.
12 In manu forti & in brachio extenso [5], quoniam.
13 Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, quoniam.
14 Et fecit transire israel per medium eius, quoniam.
15 Et cõcussit [6] Pharaonem & exercitum eius in mari rubro, quoniam.
16 Qui deduxit [7] populum suum per desertum, quoniã.
17 Qui percussit reges magnos, quoniam.
18 Et occidit reges admirabiles [8], quoniam.
19 Syon regem amorreorum, quoniam.
20 Et og regem bassan, quoniam.
21 Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam.
22 Hæreditatem israel seruo suo, quoniam.
23 Quia in humilitate [9] nostra memor fuit nostri, qm̃.
24 Et redemit nos de tribulantibus nos, quoniam.
25 Qui dat panẽ omni creaturæ [10], quoniam.
26 Celebrate deum cœlorum, quoniam in æternum misericordia eius.

[1] Prudentia.
[2] Potestatem.
[3] Dominium.
[4] In primogenitis
[5] Extento.
[6] Excussit.
[7] Fecit ambulare.
[8] Terribiles.
[9] Depressione.
[10] Carni.

Psalmus centesimus trigesimus septimus.

1 SVper flumina babilonis illic sedimus & fleuimus, cũ recordaremur syon.
2 Super [1] salices in medio eius, suspendimus cytharas nostras.
4 Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos uerba cantici, & deridentes [2] nos lætitiã, cantate nobis de cantico syon.
4 Quõ cantabimus canticũ domini, in terra aliena [3].

[1] In desertis, uel in salicibus.
[2] Et ꝓululatu nr̃o .i. lamẽtatiõib. nr̃is lęticiam, ul' inimici nr̃i q.s. deludebãt nos letitiã .i. interrogabãt sermonẽ letitię, ul' suspẽsis nr̃is .i. instr̃is nr̃is musicis q̃ suspẽsa erant, interrogabãt sermonẽ lætitiæ.
[3] Alieni.

5 Si oblitus fuero tui hierusalem, obliuioni [4] detur dextera mea.
6 Adhæreat [5] lingua mea faucib9 meis, si nõ recordatus fuero tui, si nõ extulero hierl'm sup caput lætitiæ meæ.
7 Memento dñe filioꝝ edom in die hierl'm, qui dicũt exinanite, [6] exinanite usq; ad fundamentũ in ea.
8 Filia babilonis misera, [7] beatus qui reddet [8] tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.
9 Beatus qui apphendet, & allidet ꝑuulos tuos ad petrã [9].

[4] Obliuiscatur.
[5] Coniungatur.
[6] Euacuate, euacuate uel deuastate deuastate.
[7] Depopulata uł deuastata.
[8] Soluet.
[9] Rupem.

℄ Titulus psalmi centesimi trigesimi octaui.

℄ Dauid.

Psalmus centesimus trigesimus octauus.

1 CElebrabo te in toto corde meo, in conspectu deorum [1] psallam tibi.
2 Adorabo ad templum sanctitatis tuæ, & celebrabo nomen tuum super misericordia tua & super ueritate tua; quoniã magnificasti sup [2] omẽ nomẽ tuũ eloquiũ tuũ.
3 In die qua clamaui respondisti mihi, multiplicabis [3] in anima mea fortitudinem.
4 Celebrent te domine omnes reges terræ, quia audierũt eloquia oris tui.
5 Et cantẽt in uiis dñi, q̃m magna gloria domini.
6 Quoniam excelsus dominus & humilem [4] respiciet, & excelsum a longe cognoscet.
7 Si ambulauero in medio tribulatiõis uiuificabis me, super [5] iram inimicorũ meorũ extendes manum tuam, & saluabit me dextera tua.
8 Dominus perficiet [6] pro me, domĩe misericordiæ tuæ in æternum, opera manuum tuarum ne [7] dimittas.

[1] Angelorum.
[2] Sup oẽ eloquiũ tuũ nomen tuum.
[3] Augebis, corroborabis dilatabis, ãpliabis me, in aĩa mea fortitudinẽ, uł fortitudo. f. erit
[4] Depressum.
[5] Etiam super inimicos meos.
[6] Finiet cõsumabit.
[7] Ne relaxes.

℄ Titulus psalmi centesimi trigesimi noni.

℄ Vincenti dauid psalmus.

Psalmus centesimus trigesimus nonus.

1 DOmine inuestigasti me, & cognouisti.
2 Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionẽ meã, intellexisti [1] cogitationem meam de longe.
3 Semitam [2] meam & accubitum meum circundedisti, & omnes uias meas explorasti.
4 Quoniam non [3] est sermo in lingua mea, ecce domine cognouisti totum ipsum.

[1] Intellexisti ut cõsociares me. i. cõiũgeres me, uł itellexisti sociũ meũ, uł amicũ meũ uł itellexisti malũ meũ actiue & passiue ꝙ feci, uel ꝙ tuli.
[2] Semitã meã & q̃dratũ meũ, uł q̃drũ uł q̃drangulũ meũ ueꝫ ti basti uł dispŝisti. i. semitã quã feci p oẽs q̃tuor ptes mundi, uł oẽs q̃tuor ptes mei, & oẽs uias meas pꝛuidisti didicisti assuefecisti.
[3] Id est nondũ fuit sermo ĩ lĩgua mea & tu dñe cognouisti ĩpm.

5 Retro & añ formasti me,& posuisti [4] sup me palmá tuá

6 Mirabilis [5] scía ex me,exaltata [6] est nō potero ad eam.

7 Quo ibo a spiritu tuo,& quo a facie tua fugiam.

8 Si ascendero in cœlum illic tu,& fecero [7] stratum infernum ecce tu.

9 Assumā alas auroræ,habitabo in nouissimo maris.

10 Etiam illuc [8] manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua.

11 Et dixi uerūtamē tenebræ opient [9] me,& nox lux p me

12 Etiam tenebræ nō habebūt [10] tenebras apud te,& nox sicut dies illuminabit,similes [11] sunt tenebræ luci.

13 Quoniā tu possedisti renes meos,operuisti [12] me in utero matris meæ.

14 Celebrabo te quoniā [13] terribiliter & mirifice formatus sum,mirabilia opa tua & aīa mea cognoscet nimis.

15 Non est occultatū os [14] meū a te, quoniā factus sum in occulto,formatus [15] sum in inferioribus terræ.

16 Informe [16] meū uiderūt oculi tui,& in libro tuo omnia illa scribent,dies formabunt,& [17] nemo in eis.

17 Mihi autem q̄ honorabiles [18] facti sunt amici tui deus, q̄ multiplicati [19] sunt principes eorum.

18 Dinumerabo eos [20] supra arenā multiplicabunt, exurrexi & adhuc sum tecum.

19 Si occideris de9 ipiū,uiri aūt sanguinū declinate a me.

20 Quoniam [21] loquentur de te in scelere,eleuati sunt frustra aduersarii tui.

21 Nonne [22] odio habentes te domine odi,& in insurgentes in te ira [23] scandui.

22 Perfecto odio oderam illos,inimici fuerunt mihi.

23 Inuestiga me deus & cognosce cor meum,proba me & cognosce cogitationes meas.

24 Et uide si uia [24] afflictiōis in me est,& deduc [25] me per uiam seculi.

Titulus psalmi centesimi quadragesimi.

Vincenti psalmus dauid.

Psalmus centesimus quadragesimus.

1 Eripe me domine ab homine malo, a uiro iniquitatum custodies me.

2 Qui cogitauerūt mala ī corde,tota die cōgregabūt [1] plia

[4] Et pones sup me plagam tuam.
[5] Occulta scia a me
[7] Sternā infernū.
[8] Illic man9 tua diriget me,ul' manu tua diriges me.
[10] Nō obtenebrescēt a cōspectu tuo
[11] Orditus es me.
[15] Vrgo sū rechamato ul' phrygianis imaginib9 formatus sum.
[16] Impfcm meū. i. corp9 meū nondū formatū,nec organizatū mā rudis & inculta atq3 indigesta.
[17] Dies formabūt & ñ un9 ī eis, ul' dies formabūt & nl' lū ī eis, ul' p dies formabūt,& ñ un9 in eis, ul' ñ unū ī eis, ul' & ipi un9 in eis. ul' ipsi9 unus ī eis, nā scribit nō. & legit ipsi uel ipsius.
[21] Qui dicūt de te ī cogitatiōe ul' qui iurabūt te ī scelere. assumēt ī uanū.s. nomē tuū īimici tui ul' eleuat9 es, ul' exaltatus es, uel āssumptus es uel assumptū ē. s. nomē tuū ī uanū ab inimicis tuis,uel contradicentes tibi īscelerate,uel accipiēt in uanū ciuitates tuas,ul' accipere in uanum uel captū &c.

[6] Corroborata ē.
[9] Obtenebrabūt me.
[11] Sicut tenebre sic lux. i. sicut tenebre luci & lux tenebris, ul' sic sicut tenebre & lux.
[13] Qm̄ terribilib9 segregat9 sū. i. ēribilib9 opatiōib. & modis segregat9 sū & fōmat9 sū a te, uel occl'te effect9 sū occl'ta opa tua & aīa mea cognoscet nīs
[14] Nō ē negatū, ul' ñ ē occl'tata substātia mea, ul' ñ ē occl'tatū corp9 meū a te, uel ñ ē occl'tata fortitudo mea a te
[18] Preciosi fuerēt cogitationes tuæ.
[19] Corroborata sūt capita eorū, ul' eaꝝ.
[20] Eas.
[22] Certe odiētes te dñe odio habebo.
[23] Cōtristat9 sū, āxiat9 sū, molestia affect9 sū, ul' tabescebā uel teduit me.
[24] Si uia cōtristatiōnis ul' cōtristātis ul' cōtristās. i. efficiens tristitiā, ul' dolorē uel afflictiōnē, uel uia doloris & afflictiōis ul' rebelliōis
[25] Et dirige me in uia ineternū, uel dirige me in uia seculi. i. rectorū secl'i.
[1] Exacuent prelia, habitabunt inter prelia.

3 Exacuerunt linguas suas uelut serpens, uenenū aspidis sub labiis eorum. Sela.

4 Custodi me domine de manibus impii, a uiro iniquitatum custodies me, qui cogitauerunt supplantare [1] gressus meos.

5 Absconderunt superbi laqueum mihi, & funibus [3] extēderunt rete, iuxta semitam tendiculas [4] posuerunt mihi, Sela.

6 Dixi domino deus meus tu, auribus percipe domine uocem deprecationū mearum.

7 Deus domine fortitudo salutis meæ, operuisti caput meum in die belli [5].

8 Ne perficias [6] domine desideria impii, cogitationem [7] eius ne consummes, exaltabuntur, Sela.

9 Principem [8] circundātium me, afflictio labiorum eius operiet illum.

10 Cadent [9] super illos prunæ ignis, proiiciet illos in foueas, non resurgent.

11 Vir [10] uerbosus non dirigetur in terra, uirum [11] iniquitatis & malum uenabitur in expulsiones.

12 Cognoui quia faciet dominus ultionem [12] pauperis, iudicium inopum.

13 Verūtamen iusti celebrabunt nomen tuum, habitabūt recti cum uultu tuo.

℄ Titulus psalmi centesimi quadragesimi primi.
℄ Psalmus dauid.

Psalmus centesimus quadragesimus primus.

1 Domine clamaui ad te festina ad me, auribus percipe uocem meam dum clamabo ad te.

2 Dirigatur oratio mea sicut thus [1] in conspectu tuo, eleuatio manuū mearū munus [2] uespertinum.

3 Pone domine custodiam ori meo, custodiam sup ostium [3] labiorum meorum.

4 Ne declines cor meum in uerbum malū, ut cogitem [4] cogitationes in impietate, cum uiris operātibus iniquitatem, non [5] comedam ex iocundis eorum.

5 Percutiet [6] me iust⁹ misericordia, & redarguet me oleū capitis non prohibebit caput meum, quoniam adhuc & oratio mea inter mala eorum.

[4] Offendicula.
[5] Armorum.
[6] Des.
[8] Caput circundantiū me, labor labiorū eorū opiet illos.
[10] Vir linguæ nō firmabit, ul' non stabiliatur in terra.
[12] Rigorem iudicium.

[1] Propellere plantas meas.
[3] Et cōgregationes. s. ipsorum, uel funes.
[7] Capistrū eius ne abstrahas, auferas uel educas.
[9] Cadēt ul' labāt sup eos prune ī ignē, piiciet illos ī foueas. s. piiciet, ul' ī retia, uel in funibus ponent, ul' labentur ne resurgant.
[11] Vir iniqtatis malū uenabit illū in expulsiones ul' in ppulsiones uel in ruinas. s. propellēdo ipsum.

[1] Incensum suffumigatio.
[2] Id est ut sacrificium uespertinum.
[3] Eleuationem uel labium.
[4] Vt faciā operationes, ul' causandas occasiones.
[5] Ne comedā.

[6] Id ē pcutiet me iust⁹ erit mihi mīa, & redarguet me erit oleū capitis, & iō ñ phibebit caput meū ul' percutiat me iust⁹ mīa & rdarguat me oleo capitis ñ cōteret, uel ne moueat caput meū, qm̄ ad huc. i. dū uixero & orō mea in' mala eorū. i. dū hēbūt aliqd mali orabo p eis, ul' oleū capitis. i. lenia ipiorū ñ mouebit caput meū, qm̄ adhuc & orō mea. i. orabo ut hēant mala ipii.

6 Distrahātur [7] super acumina lapidū iudices eorū, & audiant eloquia mea quoniam iocunda erunt.

7 Velut scindens & findens terram, dispersa sunt ossa nostra [8] secus foueam.

8 Quoniam ad te deus dñe oculi mei, in te cõfisi sunt, ne extrahas [9] animam meam.

9 Custodi me a [10] laqueo quem posuerunt mihi, & de offendiculis [11] operantium iniquitatem.

10 Cadant [12] in retia eius impii simul, donec ego transeā

[7] Distracti sit p manº uel i māibº rupis iudices eorꝝ & audierūt eloqa mea qm iocūda fuerūt.
[8] In ore inferni.
[9] Effundas, uel disp das euagines.
[10] De manibus laquei.
[11] Extēderūt mihi & de tendiculis.
[12] Cadēt i retia eiº ipii si ego i͏̄ eternū trāsibo, uel ego donec transeam.

℄ Titulus psalmi centesimi quadragesimi secundi

℄ Eruditiuum [1] dauid cum esset in spelunca oratio.

[1] Prudens &c.

Psalmus centesimus quadragesimus secundus.

1 Voce mea ad dominum clamabo, uoce mea ad dominum deprecabor.

2 Effundam in conspectu eius eloquium [2] meum, tribulationem meam coram ipso annunciabo.

3 Dum mœrore [3] operiet in me spūs meus, tu aūt cognouisti semitam meam, in uia qua ambulabo absconderunt laqueum mihi.

4 Respice [4] ad dexterā & uide, qm̄ nō est me cognoscens, periit refugium a me, non est requirens animā meam.

5 Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea, portio mea in terra uiuentium. [5]

6 Ausculta clamorē meū qm̄ attenatus [6] sū nimis, eripe me a psequētibus me qm̄ præualuerunt [7] supra me.

7 Educ de carcere [8] animā meam ad celebrandū nomen tuum, me circundabunt [9] iusti cū retribueris mihi.

[2] Eloquium doloris mei.
[3] Anxietate inuoluet operietur.
[4] Respiciā ad dexteram & uidebo qm̄ non est me cognoscens.
[5] Vitę.
[6] Miser fcūs sum nimis, uel pauper.
[7] Corroborati sūt uel multiplicati sūt super me.
[8] Educ de clauso.
[9] In me facient coronas iusti.

℄ Titulus psalmi centesimi quadragesimi tertii.

℄ Psalmus Dauid.

Psalmus centesimus quadragesimus tertius.

1 Domine exaudi orationem meam auribus percipe deprecationem meam, in ueritate [1] tua responde mihi in tua iustitia.

2 Et ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

3 Qm̄ psecutus est inimicº aīam meā, cōtriuit in terra uitā meā, locauit [2] me in tenebricosis sicut mortuos secli.

4 Et mœrore [3] affectus est in me spiritus meus, intra me desolatum [4] est cor meum.

[1] In fide tua.
[2] Statuit me in obscuris.
[3] Inuolutus est, uel opertus est anxietate.
[4] Obstupefactū ē cor meum.

5 Memor fui dierum antiquorũ,meditatus sum in omni opere tuo,in operibus manuum tuarum loquar [5].

6 Expandi manus meas ad te,anima mea terra in sitiente [6] ad te, Sela.

7 Festina rñde mihi dñe,defecit spũs meus ne abscondas faciem tuã a me,& similis ero descendentibus in puteũ.

8 Fac me audire in mane misericordiã tuam quia in te speraui, notã fac mihi uiam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam.

9 Eripe me de inimicis meis dñe,ad te clamaui [7].

10 Doce me ut faciã uoluntatẽ tuã,qm̃ tu deus meus, spiritus [8] tuus bonus deducet me in terram rectitudinis.

11 Propter nomen tuum domine uiuificabis me, in iustitia tua educes de angustia animam meam.

12 Et in misericordia tua dissipabis inimicos meos, & perdes omnes tribulantes aĩam meã,qm̃ ego seruus tuus.

[5] Narrabo exercebor

[6] In terra sitibũda uł sicut terra sitibunda uł sine aqua.uł lassa.

[7] Ad te abscõdi uł celaui.i.te posui p operimẽto meo,uł p redẽptiõe mea,uł ad te clamaui ĩ occłto,uel ĩ te uł apd' te celaui uł abscõdi.s.oĩa mea.

[8] Spũ tuo bono deduces me.

ℭ Titulus psalmi centesimi quadragesimi quarti.

ℭ Dauid.

Psalmus centesimus quadragesimus quartus.

1 Benedictus dominus creator [1] meus, qui docet manus meas ad prælium,digitos meos ad bellum.

2 Misericordia mea & munimentũ meũ, protectio mea, & liberator meus,scutũ meũ & in ipso speraui,qui [2] protegit populum meum sub me.

3 Domine quid est homo quia agnoscis eum, filius hoĩs quia reputas eum.

4 Homo uanitati assimilatus est, dies eius sicut umbra pertransiens.

5 Domine inclina cœlos tuos & descendes,tange montes & fumabunt.

6 Emitte fulgur & dissipabis eos,mitte sagittas tuas & cõsumes [3] eos.

7 Mitte manum tuam de excelso, libera me & eripe me de aquis multis,de manu filioꝝ alienigenæ.

8 Quoniam os eorũ locutum est uanitatem, & dextera eorum dextera falsitatis.

9 Deus canticum nouum cantabo tibi,in nablo & decachordo psallam tibi.

10 Qui dat salutẽ regibus, qui redimit dauid seruũ suũ de gladio maligno.

[1] Rupes mea,lapis meus.

[2] Qui dilatat, ãpliat, uł q extẽdit populos sub me,uł q cõprimit ppłos sub ipõ. Aduerte q legit ppłm meũ & populos indifferẽter, & sub me & sub ipso scdm auctorem mesire.

[3] Et conturbabis eos, uel uexabis eos,uł fremere facies eos.

11 Redime me & eripe me de manu filiorum alienigenę, quorum os locutum est uanitatem, & dextera eorũ dextera falsitatis.

12 Quoniã filii nostri sicut plãtulæ auctæ [4] in adolescẽtia sua, filiæ nr̃æ uelut anguli tessellati [5] ad similitudinẽ tẽpli.

13 Anguli [6] nostri pleni redundantes e uictu in uictũ, oues nostræ milia producentes, & centena milia generantes in uicis nostris.

14 Boues nostri fortes portantes onus, nõ est confractio & nõ est [7] faciẽs abortiuũ, & nõ est clamor in plateis nr̃is.

15 Beatus populus cui sic est, beatus populus cuius dominus deus eius.

[4] Magnificæ, uel concretæ.
[5] Secti uel dolati. i. quidẽ ita bñ cõpositi & ornati ut p̃ magnitudĩe sectiõis & ornamẽti aliquid pulcherrimũ oñdere uideãtur admodũ circũ ornatæ sunt.
[6] Prõptuáriá nr̃a uł ãguli nr̃i dom⁹ s. nr̃ę supeffũdẽtes uł educẽtes, uł sup effusi, i. adeo abundãtes ut uideãt̃ effũdere de spẽ. s. uni⁹ rei in spẽm alterius, uł de tpe in tp̃s. i. cũ nouę fruges superuenerint pleni erunt frugibus anni p̃teriti.
[7] Nõ ẽ egrediẽs. s. captiuus aliqs ex nobis ł ut hẽat aliqd mali uel sił.

℄ Titulus psalmi centesimi quadragesimi quinti.

℄ Laus Dauid

Psalmus centesimus quadragesimus quintus.

1 Exaltabo [1] te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in æternum & semper.

2 Per [2] singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum & semper.

3 Magnus dominus & laudatus [3] nimis, & magnitudinis eius non est finis [4].

4 Generatio generatiõi laudabit opera tua, & potentiã [5] tuam narrabunt [6].

5 Decorem gloriæ magnificentiæ [7] tuæ, & uerba mirabilium tuorum loquar [8].

6 Et fortitudinem [9] terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabo [10].

7 Memoriam magnæ [11] bonitatis tuæ loquentur, & iustitiam [12] tuam cantabunt.

8 Clemens [13] & misericors dominus, lentus [14] ira & magnus misericordia.

9 Bonus dñs oĩbus, & miseratiões [15] eius sup oĩa opa eius.

10 Celebrent [16] te domine omnia opera tua, & sancti [17] tui benedicant tibi.

11 Gloriam [18] regni tui dicent, & potentiã tuã loquent̃.

12 Ut notam faciant filiis hoĩm potentiam [19] eius, & gloriam decoris regni eius.

13 Regnum tuũ regnum omniũ seculorum, & domĩatio tua in omni generatione & generatione.

[1] Laudabo.
[2] Per totam diem.
[3] Laudabilis.
[4] Inquisitio.
[5] potentias uel potentatus tuos.
[6] Annunciabunt.
[7] Laudis celebratiõis confessionis.
[8] Narrabo.
[9] Virtutem.
[10] Narrabo illam.
[11] Multæ.
[12] Et in iustitia tua exultabunt.
[13] Misericors & pius.
[14] Lõgaĩus furore.
[15] Pietates.
[16] Cõfitebũt̃ tibi.
[17] Pleni mĩa & gr̃a benedicent te.
[18] Honorẽ regni dicẽt & ptãtẽ tuã uł uirtutẽ loquent̃.
[19] Potẽtatus, uel uirtutes.

14 Sustentat dñs oẽs cadẽtes[19], & erigit oẽs collapsos[20]. [19] Fulcit dñs omnes corruentes.
[20] Elisos, curuos.

15 Oculi omnium te expectant[21], & tu das illis escã ipsorum in tempore suo. [21] In te sperant.

16 Aperis manũ tuã, & imples oĩe aĩal benedictione[23]. [23] Benigna uoluntate uel dilectione.

17 Iustus dñs in oĩbus uiis suis, & sanctus[24] in omnibus operibus suis. [24] Misericors plenus gratia.

18 Prope est dominus omnibus inuocantibus eũ, oĩbus qui inuocant eum in ueritate.

19 Voluntatem[25] timentium se faciet, & clamorem eorũ audiet & saluabit illos. [25] Dilectionẽ affectũ uel deprecationẽ.

20 Custodit dñs oẽs diligẽtes se, & oẽs ĩpios dissipabit[26]. [26] Destruet.

21 Laudem dñi loquetur os meũ, & benedicet oĩs caro[27]. noĩ sanctitatis eius in æternum & semper. [27] Creatura.

Psalmus centesimus quadragesimus sextus.

Alleluia.

1 Lauda anima mea dominum.

2 Laudabo dñm ĩ uita mea, psallã deo meo q̃diu[1] fuero. [1] Quam diũ sum.

3 Nolite cõfidere in principibus, in filio hominis in quo[2] non est salus. [2] Cui non est salus.

4 Egredietur spiritus eius reuertetur in terram suam, in die illa perierunt cogitationes eius.

5 Beatus ille in cuius[3] auxilio deus iacob, spes eius in domino deo suo. [3] Cuius auxiliũ ĩ deo.

6 Qui fecit cœlum & terram mare & omne quod in eis, qui custodit ueritatem in æternum.

7 Qui facit iudicium calumniã[4] sustinentibus, dat panẽ esurientibus, dominus soluit compeditos. [4] Calumniatis.

8 Dominus illumiat[5] cæcos, dominus erigit collapsos[6] dominus diligit iustos. [5] Aperit. [6] Recuruos, collisos.

9 Dominus custodit aduenas, orphanũ & uiduam subleuabit[7] & uiam impiorum exterminabit[8]. [7] Sustinebit, confortabit, sustentabit. [8] Peruertet.

10 Regnabit dñs in æternum, deus tuus syon in generatione & generationẽ, halleluia.

Psalmus centesimus quadragesimus septimus.

Alleluia.

1 Laudate dñm, quoniã bonum est psallere deo nostro q̃m iucundũ, decora[1] est laus. [1] Formosa decens.

2 Edificans hierusalem dñs, eiectos[2] israel cõgregabit. [2] Propulsos.

3 Qui sanat[3] contritos corde, & lenit[4] dolores eorũ. [3] Qui medetur contritis corde & ligat uulnera eorum. [4] Emplastris illinit.

4 Qui numerat numerũ stellarũ, oẽs illas noib[9] uocabit.
5 Magnus dominus noster & magnus [5] uirtute, intelligẽtiæ eius non est numerus.
6 Subleuãs [6] mãsuetos dñs, humiliãs ĩpios usq; ad terrã.
7 Cantate [7] dño in cõfessiõe, psallite deo nr̃o in cithara.
8 Qui operit cœlum nubibus, qui præparat terræ pluuiã, qui facit germinare montes herbam.
9 Dat iumento panem suum, filiis corui q clamabũt.
10 Non in potentia equi optabit, non in cruribus uiri uoluntatem habebit.
11 Diligit [9] dñs timentes se, & sperãtes in misericordia ei[9].
12 Lauda hierusalẽ dñm, lauda deum tuum syon.
13 Quoniam confortauit [10] uectes portarum tuarum, benedixit filiis tuis in meditullio [11] tui.
14 Qui posuit terminũ tuũ pacẽ, adipe frumẽti satiabit te.
15 Qui emittit eloquium suum terræ, uelociter [12] curret uerbum eius.
16 Qui dat niuem sicut lanã, pruinã sicut cinerẽ spargit.
17 Proiicit [13] glaciẽ suam sicut buccellas [14], ante faciẽ frigoris eius quis permanebit?
18 Mittet uerbum suũ & liquefaciet ea, flabit [15] spiritu suo stillabunt aquæ.
19 Annunciat uerba sua iacob, statuta sua & iudicia sua israel.
20 Non fecit similiter omni genti, & iudicia non cognouerunt, halleluia.

[5] Multus uirtute.
[6] Sustentas.
[7] Canite dño ĩ laude uel celebritate.
[9] Vult.
[10] Corroborauit.
[11] In medio uel in uisceribus tuis.
[12] Vsq; uelociter.
[13] Mittit.
[14] Sicut fragmẽta
[15] Spirabit.

Psalmus centesimus quadragesimus octauus.

Halleluia.
1 Laudate dñm de cœlis, laudate eum in excelsis.
2 Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes exercitus [1] eius.
3 Laudate eum sol & luna, laudate eũ oẽs stellæ luminis.
4 Laudate eum cœli cœlorũ, & aquæ quæ sup cœlos sũt.
5 Laudent nomen dñi, qm̃ ipse mandauit & creata sunt.
6 Et statuit [2] illa in æternũ in seculũ, statutum posuit [3] & non præteribit.
7 Laudate dñm de terra, dracones [3] & oẽs abyssi.
8 Ignis & grando nix & uapor, uẽtus turbinis faciens uerbum eius.

[1] Virtutes.
[2] Locauit.
[3] Dedit.
[3] Serpentes.

9 Montes & omẽs colles, lignũ fructiferũ & omẽs cedri.
10 Bestia & omẽ iumentũ, reptile [4] & uolucres pennatæ. [4] Mobile, motabile.
11 Reges terræ & oẽs populi, pñcipes & oẽs iudices terræ.
12 Iuuenes & uirgines, senes cũ adolescentibus.
13 Laudent nomen domini, quia exaltatũ est nomen eius solius, confessio [5] eius super terram & cœlum.
14 Et exaltauit [6] cornu populi sui, laus oĩbus sanctis eius, filiis israel populo proximo [7] sibi alleluia.

[5] Decor, laus, celebratio.
[6] Et exaltauit cornu populo suo.
[7] Appropinquãti.

Psalmus centesimus quadragesimus nonus.

Halleluia.
1 Cantate domino canticum nouum, laus eius in [1] ecclesia sanctorum.
2 Lætetur israel in [2] eo qui fecit eum, filiæ syon exultent in rege suo.
3 Laudent nomen eius in choro, in tympano & cithara psallant ei.
4 Quoniam [3] diligit dñs populũ suum, glorificabit [4] mãsuetos in salute.
5 Exultabũt sancti [5] in gloria, cãtabũt [6] in cubilibus suis.
6 Exaltationes [7] dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manu eorum.
7 Ut faciant ultionẽ in gẽtibus, redargutiões in populis.
8 Ut uinciant reges eorum cathenis, & proceres [8] eorum in compedibus ferreis.
9 Ut faciant in eis iudicium scriptum, decor est omibus sanctis eius, halleluia.

[1] In congregatiõe plenorũ gr̃a, & sacrorũ & mĩam operantiũ.
[2] In factoribus suis.
[3] Q̃m uult dñs pp̃lm suũ diligit uł bñplacitũ est dño ĩ pp̃ło suo.
[4] Pulcros reddet, uel coronabit.
[5] Misericordes.
[6] Exultabunt super cubilia sua.
[7] Laudes.
[8] Et gloriosos eorum uel inclytos.

Psalmus centesimus quinquagesimus.

Halleluia.
1 Laudate deum in sanctitate eius, laudate eum in firmamento [1] fortitudinis eius.
2 Laudate eum in uirtutibus [2] eius, laudate eum ſm multitudinem magnitudinis eius.
3 Laudate eum in clangore [3] buccinæ, laudate eum in nablo & cithara.
4 Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in minim [4] & organo.
5 Laudate eum in cymbalis sonoris [5], laudate cũ in cymbalis iubilationis.
6 Omnis anima, laudet dominũ, halleluia.

[1] Extensione uirtutis.
[2] Potentiis, fortitudinibus, potestatibus, potentatibus.
[3] In pulsatione cornu.
[4] Instr̃m musicũ incognitũ apd' nos quod nr̃i chordas interpretati sint.
[5] In cymbalis audit', eo ꝙ tã magnũ sonũ faciũt ut audiant a lõginquo idcirco cymbala audit' dñr, uł sonantibus.

Libet post omniũ psalmorũ trãslationẽ quędã pro maiori ipsorũ declaratione inserere. Quorũ primũ aduertendũ cẽseo, qm̃ omnia capita uersuum psalmi. 25. s. Ad te dñe animã meã leuabo. & psalmi. 34. s. Benedicã dñm in omni tpe. & psalmi. 111. s. Celebrabo dñm. & psalmi. 112. s. Beatus uir qui timet dñm. atq; psalmi. 119. s. Beati imaculati in uia. iuxta ordinẽ alphabeth hebræi procedũt, adeo ut prima litera primę dictiõis primi uersus aleph sit. prima uero primę dictionis secũdi uersus beth. prima aũt primę dictionis tertii uersus sit ghimel. quarti uero uersus prima littera erit daleth. eodẽq; ordine cæteros oẽs cõsiderabis. Verũ in psalmo. 25. uidet̃ deficere beth. qm̃ secũdus uersus nõ in beth. sed in aleph incipit, nisi auferas primã dictionẽ & a secunda dictione in qua repies beth inchoaueris. Vau aũt sexta. s. littera, & coph. 19. oĩno defecerũt. Loco autẽ coph bis res. i. uigesimã literã posuit, & in fine psalmi iterũ pe decimã septimã literã posuit, In psalmo. 34. he, lr̃am quintã & vau sextã unico uersu amplexus est aut sextam oĩno dimisit. Quod in. 25. psalmo obseruauit. Et pe in fine (ut in p̃cedenti psalmo) apposuit. At 111. & 112 psalmorũ unusquisq; uersus duas amplectitur lr̃as, & ultimus tres. Adeo ut prima lr̃a primi uersus sit aleph, usq; ad primam medietatẽ uersus. Prima uero litera alterius medietatis eiusdẽ uersus est beth. Nã dictio celebrabo ab aleph incipit. dictio uero in secreto a beth, & sic in oĩbus sequentibus uersibus reperies. In ultimo uero uersu prima litera dictionis initiũ, res, est. prima uero litera dictionis Intellectus, sin. Prima aũt lr̃a dictionis Laus, tau. eundẽq; ordinem in sequenti psalmo obseruabis. 119. psalmi octo uersus unam tm̃ possident lr̃am. adeo ut quælibet dictio prima primorũ octo uersuũ habeat aleph pro prima litera, & sic om̃es alii. Quod facillime unicuiq; habenti aliquam cognitionẽ hebræi idiomatis manifestũ erit. ¶ Secũdo ad uertendũ qm̃ nullus reperit̃ uersus in psalmo. 119. in quo nõ ponat̃ iudiciũ, aut statutũ, aut lex, aut uerbũ, aut p̃ceptũ seu mãdatũ uel locutio, uel uia, uel dictũ, aut fides uel ueritas p̃ter uersum secũdũ decimę septimæ literæ in quo nihil hmõi inuenies. ¶ Et ideo aduerte qm̃ fm̃ iudæos lex quæ apud eos dicit̃ tora ordinationẽ seu ordinẽ & regulã p̃ceptorũ quõ fieri debeãt significat. Via uero q̃ apud eos dicit̃ derech est ordo morũ & regula uirtutũ & ,p̃prietatũ, ut quẽadmodũ ipse deus pius & misericors est, ita & nos simus. Statuta uero quæ chuchim nuncupãt sunt p̃cepta. quorũ cã reg̃la & rõ icognita est apud eos. Pręcepta uero q̃ apud eos appellant̃ mizuoth, sunt uelut uotorũ solutio dimissio pollutorũ quę ut mẽtes nostras erigãt uidentur

תורה דרך חקים מצות

admodũ cõferre. Iudicia uero quę mispatim dicunt apud eos sunt leges seu iura quę unusquisq; iudex seu quicunq; alius obseruare debet erga ꝓximũ suũ. Testimonia uero quę heduth dicunt sunt pręcepta quę in testimoniũ alicuius rei data sunt, uelut obseruãtia festiuitatũ & similium. Mandata uero quę picudim appellant ea sunt p̃cepta quę intellectus oĩ abſistẽte lege p̃cipit. uelut homicidiũ furtũ & hmõi, quasi intellectui cõmendata. Iustitia quę apud eos dicit zedeck est iustificatio oĩm pręceptorũ & ęquitas & rectitudo iudicii, qm̃ iustitia atq; ęquitate ꝓlata fuere. Locutio & eloquiũ quę dibur & amira dicunt apud eos sunt noĩa uniuersalia omnibus p̃ceptis, qm̃ deus locutus est uel dixit illa. Fides aũt & ueritas quę emuna dicit est cõfirmatio uerbi ipsius dei. ¶ Tertio cõsiderandũ est qm̃ ubicũq; reperit exaudi ibi transferri põt audi uel audio, & oĩa tp̃a hmõi uerbi eodẽ modo sequi poteris. ¶ Quarto aduertendũ qm̃ oĩa pene uerba quę in futuro indicatiui traduximus in futuro optatiui uel subiũctiui modi trãsferri possunt, in indicatiuo ꝑ modũ narratiõis, in aliis uero modis, per modũ deprecationis, aut per modũ executiõis alicuius rei. Id quoq; obseruabis in prǽterito & p̃senti tp̃e. ¶ Nec minus te lateat qm̃ nullũ tp̃s in hoc libro psalmorũ seruare uel sequi potes. Nam ut plurimum tp̃s pro tp̃e ponit futurũ .s. pro p̃tõ aut p̃senti uel ecõuerso. ¶ Vltimo uelim scias qm̃ quandoq; in eodẽ uersu (ut diximus) loquitur in sc̃da persona, qñq; in tertia, qñq; in prima, aliqñ in singulari, aliqñ uero in plurali numero, & nedũ in eodem uersu uerũetiã in eodem uerbo & noĩe hoc idẽ obseruat propheta noster, nã sæpissime idem uerbũ & nomen & in plurali & ĩ singulari numero reperitur. ¶ Id quoq; uelim scias qm̃ ut plurimũ noĩa & uerba hebræa sunt ualde ęquiuoca & sępissime, eo q noĩa nullã recipiũt uariationẽ, uerũ indeclinabilia sunt a parte post, ambiguam generant sñiam & diuersimode exponunt siue transferunt, idcirco quasdã in margine apposuimus noĩum & uerborũ uarias significationes, seu diuersas trãslatiões q̃ quẽnã locũ postulẽt uel ubi inserendæ sint numeris signauimus. ¶ Oro igit te, qcunq; es qui leges, ut mihi ueniã largiaris si qd ommiserim & pro me deũ dep̃ceris, ut per suam misericordiã & gratiã mihi peccatori indulgeat, & peracto huius uitę cursu in paradisum perducat. Amen.

משפטים
עדות
פקודים
צדק
דבור
אמירה
אמונה

Haganoæ in ædibus Thomæ Anshelmi Badensis Mense Decembri. M.D.XXII.

Hunc auctorem esse sui Ordinis Praedicatorum asserit Sixtus Senensis lib. 4. suae Bibliothecae sanctae, ubi ecclesiasticos scriptores recenset dicens. Felix, sive alii scribunt Felix, natione Hetruscus, patria Pratensis, Ordinis Praedicatorum, trium linguarum studio, et eruditione solida insignis, Psalterium ex Hebraica veritate Latine transtulit anno Domini 1520. Meminit huius translationis Matthaeus Aurogallus in libro suo de Hebraicis nominibus.

Causam huiusmodi erroris docebit eiusdem Sixti regula, qui eodem libro quarto tradens brevem admonitionem De falsa librorum inscriptione, et de occasionibus depravatarum attitulationum, ait huiusmodi causas esse duas, videlicet errorem, et fraudem. Erroris quidem quinque, aut nominis aequivocatio, aut argumenti, sive styli consensio; aut personarum quibus vel a quibus opera dedicantur similitudo; aut inscriptionis defectus; aut inscriptionis exercitii causa simulatio. Quod ex fraude tantus vir deceperit, non facile dixerim: sed ex errore contigisse, utique et praesertim aequivocationis nominis, et tituli affinitate, sicut ipsemet de Rufino Aquileiensi ait, qui nomen similiter deceptus Enchiridion Xysti Pythagorici Xysto Pont. inscripsit; et Pamphili Eusebii pro Origene Apologiam Pamphilo martyri Origenis studioso attribuit. Et Erasmus consimili errore ductus, Commentarios Arnobii presbyteri in Psalterium Arnobio Rhetori florentissimo tradidit. Ex hac deceptione contigit, ut non pauca Thomae Anglici opera Thomae Angelico Doctori data sint. quae omnia exempla ibidem ab ipso ducuntur.

Quod autem is Felix fuerit ex Ord. Eremitarum demonstrat ipse operis titulus qui est, Psalterium ex Hebraeo diligentissime ad verbum fere translatum Fr. Felice Ord. Heremitarum S. Augustini interprete per summum Pontificem Leonem decimum approbatum. Item epistolae dedicatoriae titulus talis, Optimo ac sanctissimo D.D. suo Leoni X. Pontifici Maximo F. Felix Pratensis Eremitanae familiae minimus felicitatem perpetuam. quae incipit, Vetus est proverbium B. Pater hominem homini Deum esse. Deinde epistola ipsa in qua adducit causam huius versionis fuisse primum Cardinalem S.tae Crucis: ait n. Haec ego meum reputans, cum quarto ab hinc mense Romae agerem, et Rev.mus atque idem nobiliss. sanctae Crucis, et Carvaliorum familiae fulgentiss. lumen hunc Cardinalis Psalmorum translationem ex Hebraeo in latinum idioma a me peteret, recusare neque quivi. Constat autem Card.lem sanctae Crucis tunc fuisse protectorem Ord.is Erem.rum, qui postea Pont. Max. Marc. II. dictus est.

Quod autem non de altero Felice intelligat Sixtus patet ex re tractata super psalmos ex nomine Auctoris: ex patria: et ex tempore; nam de Felice Eremitano scribitur in fine huius operis, eum impressum anno 1522. quo etiam tempore vivebat Leo X.! Et de suo Felice ait Sixtus, eum floruisse anno 1520. Sed cum nei Fr.es Erem.

Querelam Domini

Anno 1568 Jen

Sint etiam predicatores: et Fres ex Ord. Predicatorum sint, et viuant sub regula Eremitarum: facile hic communio contigit, ut qui commune habent officium dicendi et commune regulam viuendi, auctores etiam suos communes habeant et celebratos. Potest .n. esse, ut huiusmodi opus postmodum alibi impressum, relicto Ord. (ut Calepino contigit) et admis honoris causa, officio predicatoris, quo ille Felix florebat, in manus eius peruenerit, existimauerintque eum ex Ord. Predicatorum fuisse.